

nore presentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis firmitatis robur adicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet interveniri, seu intervenisse dici, vel censi possit, vel poterit in futurum supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 695. Decernentes has presentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 696. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis, et congregationis prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, ex expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anno piscatoris die decima quarta martii millesimo septingentesimo octuagesimo, sexto, pontificatus Nostri anno decimo, secundo.

DXCII.

Dat. Romæ  
31. martii  
1786  
anno XII.

Concessio indulgentiæ assequendæ ab eis, qui visitaverint ecclesias fratrum ordinis sancti Francisci Cappuccinorum in provinciis Galliarum, et Hispaniarum, quo tempore erit expositio sacratissimi corporis Christi.

Pius PP. VI.

Universis Christifidelibus  
præsentes literas inspecturis

Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione reffectis, qui orationi quadraginta horarum continuatarum, non autem nisi noctis tempore interpolatarum de licentia ordinariorum respective locorum, in ecclesiis fratrum ordinis minorum sancti Francisci Capuccinorum nuncupatorum in provinciis, tum Galliarum, tum Hispaniarum existentibus semel in anno tamen etiam respective institundæ per aliquod temporis spatium devote interfuerint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus ad septennium tantum valituris.

Tenor concessionis.

§. 2. Volumus autem, ut si alias Christifidelibus in quocumque alio anni die præmissa in aliqua ex dictis ecclesiis peragenda aliqua alia indulgentia similis perpetuo, vel ad tempus nondum elapsam duratura concessa fuerit, illa revocata sit; prout per præsentis apostolica auctoritate revocamus; utque si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint.

Declaratio specialis.

§. 3. Insuper volumus, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides ha-

Fides habenda transumptis.

beatur, quæ haberetur ipsis presentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xxi martii MDGCLXXXVI, pontificatus Nostri anno duodecimo.

DXCIII.

Dat. Romæ  
7. aprilis  
1786  
Anno XII.

Imminutio festorum in nonnullis locis nullius diœcesis provinciæ Lisbonensis.

Venerabili fratri episcopo Lamacensi

Pius PP. VI.

Venerabilis frater

Salutem, et apostolicam benedictionem

Proœmium.

§. 1. Cum sicut quædam sunt, ut inquit sanctus Leo magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in iis, quæ dubia fuerint, et obscura id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum; ea propter apostolica hæc sancta Sedes pro paterna erga universos Christifideles benignitate, quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariarum inopiam, non sine conscientie angore contemnuntur.

Expositio præcipuum.

§. 2. Quoniam autem sicut pro parte dilectorum filiorum abbatum de Salzedas, sancti Joannis de Tarouca, et sancti Petri das Aguias nullius diœcesis provinciæ Lisbonensis Nobis nuper expositum fuit, in locis abbatiarum hujusmodi adeo excreverunt calamitates, et angustie propter præsentium temporum infortunia, ut miseri illorum habitatores, et incolæ, ac præsertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, persæpissime cogantur, quamvis animo invito, dies festos negligere, operibusque mechanicis se se

addicere pro pane lucrando, et id eo facilius contingit ob excretum dierum festorum numerum; ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos itaque, qui Christifidelibus, quantum cum Domino possumus salutare remedium potius ad æternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste sustinendam adhibere, quam per severiorem ecclesiasticæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: fraternitati tuæ, qui (ut asseritur) ordinarius vicinior existis per presentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christifidelibus in locis, et territorii dictarum abbatiarum existentibus, ut deinceps, exceptis omnibus diebus dominicis, nec non natalis Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschatis Resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti, ac corporis Christi, et Ascensionis, nativitatis sancti Joannis Baptistæ, ac sanctorum Petri, et Pauli, ac Jacobi apostolorum, et commemorationis omnium sanctorum; præterea quinque dicatis beatæ Mariæ virgini immaculatæ, scilicet Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis; nec non sancti patroni, aut tutelaris cujuslibet loci, pro hominibus ejusdem loci dumtaxat; festivis diebus, in quibus maneat integra præcepti obligatio; in reliquis vero festis, sive per hanc sanctam Sedem præceptis, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa voti per majores suos facti (quod quoad hanc partem etiam auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus) præceptis, præscriptisque, audita missa laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus, sine ullo prorsus conscientie scrupulo vacare possint auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, permittas, ac statuas, præcipias, et mandes.

Tenor approbationis.

Derogatio con-  
tritorum

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non locorum, et territoriorum prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die septima aprilis millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno duodecimo.

Dat. Romæ  
11. aprilis  
1786.  
anno XII.

DXCIV.

Confirmatio instrumenti inter advocatos consistoriales ex una, et Paschalem advocatum de Petro ex altera parte stipulati, ac super conditionibus, et pactis inter eos conventis quoad erectionem cathedræ obstetriciæ in archigymnasio urbis vulgo = la Sapienza = nuncupato.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Ad supremum apostolatus fastigium ineffabili Dei clementia licet immerentes evecti, nihil potius habendum Nobis esse intelligimus, quam ut omne genus humanum pro cuius salute Dominus Noster Jesus Christus in ara Crucis hostiam pacificam se obtulit Patri, immensæ hujus bonitatis effectum consequatur. Hinc intimo animi Nostri sensu semel, ac iterum de miserando illorum parvulorum infantium casu lugebamus, qui propter obstetricium inscitiam non raro prius quam in lucem edantur, ac in sacro baptismi lavacro sorde peccati purgantur, miserime quotidie pereunt, unde si re-

Bull. Rom. Tom. VII.

rum vices sic tulissent tanto malo aliquod remedium adhibere exoptabamus.

§. 2. Ast, quod Nobis maxime in votis erat, dilectus filius Paschalis de Petro in Romana curia advocatus ultro, ac suis sumptibus perfecit. Siquidem nedum ipse Nobis annuentibus solertem chirurgum Luthetiæ Parisiorum sustentavit, ut arti obstetriciæ sedulo vacaret; sed etiam pro novæ obstetriciæ cathedræ erectione in almæ Nostræ urbis archigymnasio studii generalis = la Sapienza = nuncupato fundum, seu dotem assignavit. Quocirca ad hujusmodi effectum inter dilectum filium Franciscum Riganti aulæ Nostræ consistorialis advocatum, ac rectorem deputatum archigymnasii prædicti nomine, et de mandato dilectorum itidem filiorum advocatorum consistorialium, ad quos ejusdem archigymnasii regimen spectat, ex una, et eundem Paschalem ex altera partibus nonnulla pacta, et conditiones fuerunt conventa, ac hisce desuper fuit subinde stipulatum instrumentum tenoris, qui sequitur.

Laudatur ad-  
vocatus de Pe-  
tro qui novam  
cathedram in  
archigymnasio  
instituit.

In nomine Domini. Amen.

§. 3. Præsenti publico instrumento cunctis ubique pateat evidenter, notumque sit, quod anno ab ejusdem Domini nostri Jesu Christi salutifera natiuitate millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, indictione quarta, die vero vigesima septima mensis martii, pontificatus aptem sanctissimi in eodem Christo patris, et domini nostri domini Pii divina providentiâ papæ VI. anno ejus duodecimo = Essendosi universalmente riconosciuta assai vantaggiosa l'istituzione delle cattedre di ostetricia tanto per la pratica istruzione delle levatrici, che per la più sublime, ed operativa delli professori, i quali dandosi di proposito a questa parte della chirurgia nei parti difficili felicemente preservano dalla morte le madri, ed i figli, che in tale guisa giungono almeno a poter conseguire il santo battesimo: L'illustrissimo signor avvocato Pasquale di Pietro cittadino Romano umilmente rappresentò alla santa memoria di nostro Signore papa Pio VI. la necessità di una simile istituzione qui in Roma, supplicandolo di destinare un giovane chirurgo da spedirsi a spese del detto signor avvocato all'università di Parigi per apprendere pienamente l'arte di ostetricia ad effetto d'insegnarla poi in questa capitale a pub-

Tenor initio  
transactionis.

C c c c 2

blico beneficio, e la somma clemenza della Santità Sua intenta sempre al maggior bene spirituale, e temporale de' suoi amatissimi sudditi non solo si degno di aderire all' istanza con prescegliere il signor Francesco Asdrubali, che portatosi in Parigi si è per più anni applicato ad apprendere la teorica, e la pratica dell' arte ostetricia, di modo che è ora in grado d' insegnarla pubblicamente; ma è inoltre venuto nella determinazione di erigere a pubblico vantaggio una cattedra perpetua per quest' arte nell' università della Sapienza di Roma col peso d' insegnare tanto agli uomini, che alle donne nei tempi, e luoghi, che si esprimono nel metodo, che s' inserirà nel presente istromento, come appresso, obbligando tanto le levatrici, che i giovani di chirurgia a frequentare le rispettive scuole nel modo, che per sovrano comando verrà ordinato nell' editto da publicarsi dall' eminentissimo, e reverendissimo signor cardinal camerlengo = In esecuzione pertanto delle amorevoli cure, e disposizioni della Santità Sua avendo il lodato signor avvocato Pasquale di Pietro stabilito di assegnare la dote, ed ogni altra cosa necessaria per la fondazione della espressa cattedra nella università della Sapienza con l' obbligo d' insegnare agli uomini nella stessa università, ed alle donne in quel luogo dello spedale di s. Rocco, che l' eminentissimo, e reverendissimo signor cardinale Riminaldi protettore dello stesso spedale si degnerà di assegnare provisionalmente per ora, e stabilmente in avvenire a tenore del chirografo pontificio da dirigersi all' eminenza sua: dopo essersi proposta, ed accettata cotesta fondazione nel collegio degli illustrissimi, e reverendissimi signori avvocati concistoriali rettori della stessa università con decreto collegiale del dì 20. marzo cadente facultativo all' illustrissimo signore avvocato Francesco Riganti rettore deputato ad effetto di venire alla presente stipolazione.

§. 4. Avanti di me ec., e testimonj infrascritti presenti, e personalmente costituiti l' illustrissimo, e reverendissimo signor avvocato concistoriale Francesco Riganti rettore deputato della Sapienza in virtù delle facultà contenute nel decreto collegiale, che a me ec. in copia pubblica si consegna, ad effetto d' inserirlo nel presente istromento del tenore seguente cioè = Testor ego infrascriptus collegii illustrissi-

morum, et reverendissimorum advocatorum consistorialium camerarius, quod coacto, prævia intimatione singulis transmissa re gravi, collegio in archigymnasio Sapientiæ die 20 currentis mensis martii, fuit primo loco ab illustrissimis, et reverendissimis dominis collegialibus Bottini, Costantini, Capicio, Mariscotti, ac me infrascripto Benetti legitimum numerum constituentibus, totumque representantibus collegium unanimiter acceptata erectio novæ cathedræ scientiæ obstetriciæ, quam proprio ære, ac suprema intercedente auctoritate sanctissimi domini Nostri pp. Pii VI. feliciter regnantis facere intendit in archigymnasio Sapientiæ illustrissimus dominus advocatus Paschalis de Petro civis Romanus: acceptatus præterea fuit fundus scutorum quinque mille, et quingentum in pecunia numerata arbitrio, prudentiæque collegii investienda, quem pro eadem cathedra idem advocatus de Petro traditurus est, obligatione tamen per collegium, ac rectorem archigymnasii assumpta, quod in perpetuum persolvere faciet lectori scientiæ obstetriciæ annua scuta biscentum: tandem acceptatus extitit, et ab eodem collegio una cum domino avvocato de Petro nominatus in primum hujus cathedræ lectorem dominus Franciscus Asdrubali, cum lege tamen, quod tam ipse, quam futuri lectores, qui prævio concursu a collegio de more seligendi erunt, adimplere punctim debeant ea omnia, quæ tam in instrumento stipulando, quam in scripta methodo in eo inserenda, et per collegium jam approbata, præstituta sunt. Ut vero omnia hæc in publicum redigantur instrumentum collegium idem deputavit in specialem suum procuratorem illustrissimum, et reverendissimum dominum advocatum consistorialem Franciscum Riganti, qui ipsius collegii nomine rectoratum archigymnasii Sapientiæ modo exercet, omnes in eum transferens facultates necessarias, et opportunas: cujus quidem instrumenti confirmationem in forma specifica a sanctissimo domino Nostro implorabit illustrissimus dominus advocatus de Petro antequam cathedra aperiatur, prout latius cuncta hæc patent ex camerariatus libro. In quorum fidem præsentem literas manu mea subscriptas, ac collegii sigillo munitas extraxi. Romæ hac die 23 martii 1786.

Joseph Benetti collegii illustrissimorum, et reverendissimorum

Erectio cathedræ probata fuit a collegio advocatorum consistorialium.

dominorum advocatorum consistorialium camerarius.

Loco sigilli.

E l' illustrissimo signor avvocato Pasquale di Pietro cittadino Romano figlio della be. me. di Domenico a me ec. cogniti colla riserva della espressa approvazione pontificia da riportarsi con un Breve, che in forma specifica autorizzi il presente istromento, e le cose in questo inserite, e contenute in ogni miglior modo ec., e di loro spontanea volontà ec. erigono, stabiliscono, e fondano nel detto archigionasio della Sapienza di Roma una cattedra di ostetricia sotto le leggi, e stabilimenti soliti, e consueti della suddetta università, e con tutti gli onori, e pesi dei lettori della classe medica, alla quale questa nuova cattedra ascrivono, soggettando il professore pro tempore alle puntature consuete in caso di mancanza, e così pure dandogli diritto agli aumenti per anzianità nel modo, e forma, che è stabilito per gli altri professori della detta classe medica, coll'obbligo però di osservare letteralmente il metodo prescritto nei fogli, che qui s' inseriscono del tenore seguente cioè.

§. 5. Metodo da osservarsi non solo nella scuola dei giovani cerusici nella Sapienza; ma ancora delle donne nell' ospedale di s. Rocco = La nuova cattedra delle istituzioni ostetricie teorico-pratiche apparterrà alla classe medica della università della Sapienza. Quindi a riserva del signor Francesco Asdrubali, che sarà il primo professore, per l' avvenire tutti gli altri professori saranno prescelti per concorso da tenersi avanti l' eminentissimo, e reverendissimo signor cardinal camerlengo, ed il collegio degli illustrissimi, e reverendissimi signori avvocati concistoriali nella guisa, che si conferiscono le altre cattedre della Sapienza = La dote della cattedra ostetricia è perpetuamente ceduta al collegio degli illustrissimi, e reverendissimi signori avvocati concistoriali, nel modo, e forma, e condizioni espresse nell' istromento di fondazione. Onde dal medesimo collegio, o dal rettore pro tempore della Sapienza, il professore consegnerà l'annuale onorario di scudi duecento, tanto per l'istruzione de' giovani cerusici, quanto per la scuola delle donne nell'ospedale di san Rocco, nella maniera, rate, e tempi, che prescrivono le leggi, ed usi della università = Il professore godrà di tutti i diritti, e

prerogative, che godono gli altri professori della classe medica, e sarà nel tempo stesso soggetto a tutti i pesi, funzioni, e leggi, alle quali soggiacciono i medesimi professori. Ma prescelto, che sarà incomincerà subito ad insegnare l'ostetricia, senza fare il sostituto della classe, nè potrà mai passare ad altra cattedra diversa = L' oggetto della cattedra è l'istituzione nella scienza, ed arte ostetricia tanto dei giovani cerusici nella Sapienza, quanto delle donne nell'ospedale di s. Rocco. Quindi incominciando dai giovani cerusici, il professore pro tempore detterà loro ogni anno scolastico un' intero, e compiuto corso di questa parte di medicina, e chirurgia, non meno teorico, che pratico, in guisa che per principj si rendano abili a curare i mali tutti della gravidanza, del parto, e del puerperio, e ad eseguire tutte le operazioni non solo manuali, ma anche istromentali = La scuola si farà in una delle camere, che il collegio de' signori avvocati concistoriali si compiacerà assegnare. Incomincerà il lunedì dopo la domenica in Albis, e terminerà alla metà di settembre. Le lezioni si faranno la sera alla seconda ora della Sapienza, cioè dalle ore 21  $\frac{1}{2}$  alle 22  $\frac{1}{2}$  in tutti i giorni descritti nel calendario, e nei tempi delle ferie estive, in tutti i giorni, eccettuati i festivi, ed i giovedì. La scuola durerà per lo spazio di un' ora intera, la quale ad arbitrio del professore sarà divisa parte nello scrivere, parte nella spiegazione, e parte nelle interrogazioni da farsi agli scolari = Per impegnare non meno il professore, che gli scolari all' adempimento de' propri doveri in ogni anno circa la metà di settembre il rettore inviterà li lettori di medicina dell' università, e questi avanti il prelodato rettore coll' intervento del professore ordinario d' ostetricia, esamineranno tutti i giovani, che avranno compito il corso d'ostetricia: secondo il consiglio dei lettori esaminatori, il rettore ordinerà, che il professore dia l'attestato della frequenza, ed abilità a quelli soltanto, che si crederanno sufficientemente istruiti. A quel giovane poi, che a giudizio dei medesimi esaminatori sarà il più abile darà il premio di una medaglia d'oro, la quale nel dritto avrà l'effigie di sua Santità colla iscrizione = *Pio VI. Pontif. max. parenti publico* = e nel rovescio un professore, che presenta alla madre un puto nato di fresco, col motto = *usura vitæ nascentibus adserta* = lo stesso

Methodus servanda pro proceptoris electione, onorario, et muneris exercitio.

professore instruirà anche le donne nell'ospedale di s. Rocco. La scuola si farà in quelle camere dell'ospedale, che si degnerà a tal'effetto assegnare l'eminetissimo, e reverendissimo signor cardinal Riminaldi protettore, al di cui savio discernimento è riservata la facoltà di destinare altro sito nel medesimo ospedale con tutti i commodi opportuni, allorquando sarà compita la fabbrica = Gli utensili necessari, cioè banchi, tavole, e simili si faranno senza peso dell'ospedale = La scuola incomincerà nel principio di novembre ogni anno, e terminerà nel sabbato precedente la domenica delle Palme; osservandosi per la distinzione dei giorni scolastici, e feriali il calendario Italiano, che si affiggerà alla porta della scuola uniforme al calendario della Sapienza. Il professore salirà in cattedra tutti i giorni scolastici un'ora dopo, che sarà terminato il suono della campana della Sapienza, cioè la prima ora della stessa università la mattina solamente. La lezione durerà un'ora intera. Sarà tenuto il professore d'istruire le donne colla viva voce, e senza scritti, in lingua Italiana, e con uno stile chiaro, famigliare, e proporzionato alla loro capacità = Insegnerà loro quella parte di anatomia, e di fisiologia, che serve di fondamento all'ostetricia, sottoponendo ai loro sensi le parti del corpo umano, precedentemente preparate: tutta la teoria ostetricia, avuto sempre riguardo alla loro idoneità: i mali leggeri della gravidanza, e del puerperio col loro rimedj: tutte le posizioni del feto nell'utero, e tutte le operazioni manuali, che corrispondono a ciascuna posizione, mostrando loro la maniera più propria, e facile di operare, ed assuefacendole ad eseguire nel fantoccio le medesime operazioni: i casi, nei quali convenga chiamare il cerusico, e finalmente tutto ciò, che crederà necessario per l'intera loro istruzione = Affinchè le lezioni restino maggiormente impresse nello spirito delle donne, il professore impiegherà la prima mezz'ora nel far ripetere la lezione, o lezioni precedenti, facendo loro le necessarie interrogazioni, e spiegando di nuovo, e con maggior chiarezza ciò che qualcuna non avesse bene appreso; l'altra mezz'ora sarà destinata al proseguimento dell'istruzione = Sarà lecito a tutte le donne anche estere, ed anche Ebree d'intervenire colle Romane, e Cristiane alla scuola senza che possano da alcuno essere molestate, e colla

sicurezza di esigere le medesime considerazioni, e trattamenti = La piena, e totale giurisdizione della scuola delle donne di san Rocco sarà dell'eminetissimo cardinal protettore pro tempore dello spedale. Avrà egli il diritto d'invigilare sul professore, affinchè con assiduità, zelo, e carità soddisfaccia a proprj doveri, ed avrà anche il diritto di fare espellere dalla scuola quelle donne, che crederà non esserne degne = Per comando espresso di nostro Signore già comunicato, l'eminetissimo, e reverendissimo signor cardinal camerlengo quanto prima con pubblico editto inhabiliterà le donne a conseguire la matricola, e patente di miammana, se non avranno l'attestato del professore ostetricio della frequenza della scuola. Affinchè pertanto questo attestato si conceda colla dovuta maturità, ogni anno nell'ottava di Pasqua di Resurrezione si farà l'esame generale di tutte le donne, che avranno compito il corso, avanti l'eminetissimo signor cardinal protettore pro tempore dell'ospedale di s. Rocco, o di altro personaggio, che l'eminenza sua vorrà in sua vece delegare. Esaminatori saranno il lettore d'anatomia, e chirurgia della Sapienza, e gli lettori primarii degli ospedali di s. Spirito, e di san Giovanni, di s. Maria della Consolazione, e di s. Giacomo degl'Incurabili, e secondo il consiglio di questi cinque sogetti, o della maggior parte di loro, l'eminenza sua, o suo delegato ordinerà al professore ivi presente, che dia l'attestato d'idoneità, e frequenza a quelle soltanto, che avranno ben soddisfatto alle interrogazioni, e questioni proposte. Alla più idonea poi darà la medaglia d'argento, simile in tutto alla medaglia d'oro già descritta, che si conierà ogni anno a spese della Sapienza, e sarà mandata dall'illustrissimo rettore pro tempore, che non potrà mai nei futuri tempi variarsi senza un decreto del collegio degl'illustrissimi, e reverendissimi signori avvocati concistoriali munito della pontificia approvazione.

§. 6. Per fondo, e dote della detta cattedra, il detto signor avvocato di Pietro assegna, e costituisce la somma, e quantità di scudi cinquemila, e cinquecento moneta Romana, che attualmente paga, e sborsa con ordine diretto al sagro Monte di Pietà pagabile al collegio degli illustrissimi e reverendissimi signori avvocati concistoriali, come rettori della Sapienza, e per esso

Assignatio honorum pro honorario preceptoris.

al signor Modesto Nobili esattore dello stesso collegio, ad effetto però di rilasciare la detta somma depositata nello stesso sacro Monte ad oggetto di rivestirla come appresso a credito dell'archiginnasio della Sapienza, quale ordine detto illustrissimo signor avvocato rettore tira a se originalmente, restando presso di me ec. la copia collazionata ad oggetto d'inserirla nel presente istrumento del tenore seguente cioè = Signori provvisori del sacro Monte della pietà di Roma. Li scudi cinquemila, e cinquecento moneta depositati a mio credito si compiaceranno farli pagare al collegio degli illustrissimi, e reverendissimi signori avvocati concistoriali, come rettori della Sapienza, e per essi al signor Modesto Nobili esattore dello stesso collegio, ad effetto però di rilasciarli conrestualmente depositati in cotesto loro banco a credito dell'archiginnasio della Sapienza di Roma per rivestirli. Che faccio pagare in conformità dell'istrumento stipolato sotto questo giorno per gli atti del Mariotti segretario della Reverenda Camera Apostolica tra il detto collegio, e me infrascritto. Che con ricevuta ec. saranno ben pagati. Casa li 27 marzo 1786. = Pasquale di Pietro = scudi 5500 moneta = ed adesso per quando il detto ordine sarà esatto il detto signor avvocato Riganti nel detto nome fa al detto signor avvocato di Pietro quietanza finale in forma, restando a tutto carico del detto collegio, come rettore, ed amministratore dell'università di rivestire la detta somma di scudi 5500 moneta nel modo, e forma, e con le sicurezze, che crederà opportune senz'altra cura, o pericolo del detto signor avvocato di Pietro, e con l'obbligo, che l'università medesima paghi perpetuamente annui scudi duecento moneta al professore pro tempore della detta cattedra ostetricia per suo onorario con ordini sottoscritti dal rettore deputato in tre eguali annue rate nelle solite scadenze delle terziarie detratte le puntature nel modo, e forma degli altri professori, ed inoltre col peso di cuniarle a tutte spese dell'università medesima una medaglia d'oro, e l'altra di argento per li due premj da conferirsi ogni anno a tenore in tutto, e per tutto del metodo sopra inserito, nei quali termini, e non altrimenti, il detto illustrissimo signor avvocato concistoriale Riganti rettore deputato servendosi delle facoltà concessegli accetta la suddetta fondazione, e somma di scudi cinquemila, e cinquecento mo-

neta con tutte le sue condizioni, e modi espressi nel presente istrumento, perchè così ec. e non altrimenti ec. = Si riserva altresì il detto signor avvocato di Pietro di assortire per la prima volta solamente a tutte sue spese non solo li banchi, e tutt'altro occorrente per la scuola delle donne del venerabile ospedale di s. Rocco, ed il cugnò per le annuali medaglie, ma altresì tutte le machine, ed istrumenti necessarj, tanto per l'istruzione delle levatrici, quanto per quella dei chirurghi professori di ostetricia, perchè così ec., e non altrimenti ec.

§. 7. E finalmente per il primo professore della detta cattedra con tutti li pesi, onori, emolumenti, e condizioni espresse nel presente istrumento, e nel metodo inserito coll'approvazione della Santità di Nostro signore le parti contraenti nominano, e deputano alla nuova cattedra di ostetricia, come sopra fondata il signor Francesco Asdrubali figlio della bo; mem: dottor Gaetano della città di Loreto, come se fosse stato prescelto per concorso, coll'obbligo però di ricevere la patente da spedirsi dall'illustrissimo signor avvocato concistoriale rettore deputato nel modo, e forma di tutti gli altri professori = E siccome la scelta a questa cattedra chirurgica esige di sua natura un particolare concorso riguardante strettamente l'arte ostetricia, la di cui speciale perizia non può esigersi, nè pretendersi da quelli, che si esportano ai concorsi da tenersi per eleggere il lettore soprannumero pro tempore della classe medica, perciò il detto soprannumero della classe medica non dovrà mai passare alla cattedra di ostetricia sia nelle vacanze, che occorreranno, sia in altra qualsivoglia circostanza, in cui si dovesse destinare un successore alla detta cattedra, ma in ogni una di questi casi dovrà tenersi il concorso secondo le regole solite, e prescritte nell'inserito metodo per scegliere il nuovo professore, ferma rimanendo a favore del lettore medico soprannumero la sua anzianità, ed il diritto agli aumenti dal giorno della sua elezione = E per la stessa ragione il professore medico soprannumero non dovrà mai supplire alla cattedra di ostetricia, ma bensì nel caso d'infermità del professore, dovrà questi commettere le sue veci interimamente, ed a tutto suo carico ad altro professore chirurgo da approvarsi dal rettore dell'università, e nel caso di giubilazione

Electio primi professoris, et designatio aliorum in posterum eligendorum.

dovrà il professore di ostetricia rilasciare dalla sua provizione annuale quella somma, che secondo le circostanze sarà giudicata opportuna dal rettore suddetto, purchè non sia minore di annui scudi sessanta da assegnarsi interinamente, e durante la giubilazione al nuovo professore esercente, che si sceglierà per concorso nel modo, e forma espressa nell'inserto metodo, perchè così ec. = Promettono detti illustrissimi signori avvocato Riganti, ed avvocato di Pietro le premesse cose essere state bene, e validamente fatte, e come tali averle rate, grate, valide, e ferme, e sempre attenderle, ed osservarle, e contro mai fare, e dire sotto qualsivisa pretesto, e causa, altrimenti a tutti, e singoli danni, de' quali ec. = Pro quibus omnibus, et singulis observandis ec. dictus dominus advocatus Riganti bona, et jura dicti collegii, et archigymanasii, et dictus dominus advocatus de Petro seipsum ec. hæredes ec. bona ec. ac jura ec. in ampliori reverendæ Cameræ apostolicæ forma solitis cum clausulis ec. citra ec. obligarunt ec. Refites ec. consensientes ec. unica ec. et sic tactis ec. juramento omni ec. = Super quibus omnibus, et singulis præmissis, tamquam rite, recte, et legitime gestis, et factis petitum fuit a me Reverendæ Cameræ Apostolicæ secretario, et cancellario, ut unum, vel plura, publicum, seu publica conficerem, atque traderem instrumentum, seu instrumenta, prout opus fuerit, et requisitus ero. Actum Romæ in palatio solitæ habitationis d. d. advocati Riganti sito in plateola e respectu januæ parvæ venerabilis ecclesiæ sanctæ Mariæ supra Minervam juxta ec. ibidem præsentibus, audientibus, ac bene intelligentibus dd. Carmine Antonio Collemodio filio quondam Raymundi Neapolitano, et Antonio Pacetti filio quondam Francisci Romano testibus ad prædicta omnia, et singula vocatis habitis specialiter, atque rogatis.

Ego Sylvester Antouius Mariotti Reverendæ Cameræ Apostolicæ secretarius, et cancellarius de hujusmodi rogo ec. de prædictis rogatus præsens instrumentum subscripsi, et publicavi, signoque solito munivi requisitus.

Loco signi.

§. 8. Cum autem memorati advocati consistoriales, ac Paschalis, ut præinsertum instrumentum plenum

suum sortiatur effectum, ac firmiter subsistat, et servetur exactius apostolicæ confirmationis patrocinio communi summopere desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 9. Nos igitur quanta religioni, et reipublicæ commoda ex cathedræ prædictæ erectione obventura sint præ oculis habentes, ac memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertum instrumentum auctoritate apostolica tenere præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis firmitatis robur adiuicimus.

§. 10. Decernentes has præsentis literas, semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 11. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti archigymanasii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac in aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes,

Tenore confirmationis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.



illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die undecima aprilis millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno duodecimo.

## DXCV.

Del. Romæ  
11. aprilis  
1786  
anno XII.

Mandatur vocalibus ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini, ut disputent ante proximum capitulum generale super perpetuitate officii generalis an conveniat sibi nec ne etc.

Dilecto filio Nostro Joanni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Archinto nuncupato apud Nos, et sanctam Sedem ordinis fratrum eremitarum sancti Augustini protectori.

## Pius PP. VI.

Dilecte fili Noster  
Salutem, et apostolicam benedictionem

Memorantur  
providentiam  
rem capta a  
Sixto V. et Be-  
nedicto XIV.

§. 1. Postquam per alias Nostras in simili forma Brevis die xv. mox transacti mensis martii expeditas literas te in præsidem designavimus proximi futuri capituli generalis dilectorum filiorum fratrum eremitarum sancti Augustini, mente Nostra revolvimus, quod postquam felicis recordationis Sixtus pp. V. prædecessor Noster per suas in simili pariter forma Brevis die xiv. maii anni 1585. expeditas literas munus prioris generalis ejusdem ordinis ad sexennium contraxit, qua cum methodo processum est per longum centum nonaginta annorum curriculum magno cum ejusdem ordinis decore, et utilitate, donec anno MDCCXLV. occasione capituli generalis dicti ordinis Bononiæ convocati placuit felicis recordationis Benedicto pp. XIV. prædecessori itidem Nostro, ex tunc adductis causis per suas in simili forma Brevis die xxxi. martii MDCCXLV. expeditas literas fratribus vocalibus ordinis hujusmodi in dictis comitiis Bononiensibus conventis potestatem facere per suffragia secreta statuendi, cum munus prioris genera-

Bull. Rom. Tom. VII.

lis ejusdem ordinis a capitulo generali in posterum ad vitam explendum esset, ac quatenus prior generalis ad vitam fuisset electus definitorio generali, quoad officia vicarii generalis, procuratoris generalis, et assistentium, quidquid ei libuisset, providendi, decernendi, ac declarandi amplam, et plenam itidem facultatem concedere; hisce Benedicti literis suffulti vocales prædicti prioris generalis munus in posterum ad illius vitam protrahi decreverint; secus tamen de cæteris generalibus officiis prædictis definitorium judicaverit, cum adhuc etiam nisi ad sexennium procurator generalis, ac assistentes eligantur; cum discrepantia hujusmodi inter munus prioris generalis, et cætera officia generalia prædicta haud proficua eidem ordini comperta sit, immo ex ea de consilii maturitate, ac prudentia in dictis comitiis Bononiensibus anni MDCCXLV. capti ambigi possit.

§. 2. Hinc, cum sicut accepimus, Ratio, et tenor  
novæ legis.  
fratrum prædictorum generalia comitia per obitum bonæ memoriæ Francisci Xaverii Vasquez ultimi, dum vixit, dicti ordinis prioris generalis pro novi prioris, aliorumque superiorum generalium electione jam indicta, et in proximo mense junio habenda sint, ac interea plura, eaque præcipua ad Nos perlata fuerint adversus rationes, quæ in dicto capitulo generali prævaluerunt ad perpetuitatem generalatus decernendam, quæque revera in totius ordinis detrimentum, experientia teste, potius conversa sunt; ut prædictæ Augustinianorum eremitarum sodalitati bono, et incremento prospiciamus, memoratas Benedictinas literas, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis haberi volumus, harum serie annullantes, et nullius roboris, et momenti ad effectum infra dicendum dumtaxat esse declarantes, motu proprio, ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine circumspeditioni tuæ, qui apud Nos, et hanc sanctam Sedem ordinis prædicti protector, ac imminentis capituli generalis præses constitutus existis, de cujus prudentia, fide, religionis zelo plurimum in Domino confidimus, per præsentem Nostras literas committimus, et mandamus, ut omnibus, et singulis fratribus dicti ordinis votum, seu suffragium in capitulo generali prædicto in hac aliqua urbe Nostra propediem

D d d d

celebrando habentibus, et ferentibus auctoritate Nostra apostolica præcipias, ut ipsi antequam ad electionem prioris generalis procedant, in unum, ut moris est, congregati, Deum, ac ordinis decus, illiusque bonum, et utilitatem præ oculis dumtaxat habentes, dissidiis prius, partiumque studiis procul amotis, hoc dubium examinent. Annus prioris generalis ejusdem ordinis in capitulo generali hujusmodi, aliisque similibus capitulis generalibus in futurum ad totius vitæ cursum electi explendum sit. Ac deinde juxta eandem methodum præscriptam a memorato Benedicto prædecessore Nostro, pro decernenda nec ne perpetuitate generalatus ad secreta suffragia procedatur; quibus initis, illisque collatis, si duæ ex tribus suffragantium prædictorum partibus in affirmativam convenerint pro continuatione perpetuitatis generalatus resolutum erit; si vero duæ ex tribus partibus prædictis non conveniant, perpetuitas rejecta intelligatur, et temporanea sex annorum dumtaxat durabilitas renovata.

Mandatum de observanda resolutione capituli prævia apostolica approbatione.

§. 3. Præterea tibi injungimus, ut eisdem vocalibus postquam præmissa impleverint, et propositum dubium uno, vel alio modo ab ipsis deliberatum fuerit, priorem generalem juxta captam resolutionem, et servatis alias servandis ad formam constitutionum dicti ordinis eligendi plenam, et amplam facultatem auctoritate prædicta concedas; utque omnia, et singula acta, et gesta in capitulo generali prædicto juxta præmissa in præsentibus Nostris literis contenta, ad Nos, quam citius transmittantur, ut illa approbemus, et confirmemus omnino cures, et studeas.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Nob obstantibus præfatis Benedicti pp. XIV. Romani pontificis prædecessoris Nostris literis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis prædicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de

verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Cæterum si contingat priorem generalem ad tempus minime eligi, per præsentibus non intendimus supradictis Benedicti prædecessoris prædicti literis in aliquo derogare, immo illas in suo robore in omnibus, et per omnia remanere mandamus. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die undecima aprilis millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostris anno duodecimo.

Declaratio specialis.

DXCVI.

Dat. Romæ  
26. aprilis  
1786.  
anno XII.

Concessio favore Infantis regni Portugalliæ segregandi nonnulla bona a tribus ecclesiis parochialibus de jure patronatus ipsius Infantis, in diocesi Lisbonensi.

Pius episcopus  
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Inclita regionum principum apostolicæ Sedi fidelitate junctorum, pietas, quæ etiam in subditos provida simul, ac munifica redditur a Nostro pastoralis munere exposcit, ut quæ ad manutenendam, ampliandamque eorum magnitudinem, atque splendorem conferre noscatur, etiam mediante fructuum ecclesiasticorum dispositione jure merito consequantur.

Proemium.

§. 2. Sane pro parte carissimi in Christo filii Nostris Petri Portugalliæ, et Algarbiorum regis fidelissimi Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod cum ipse Petrus rex, qui uti administrator domus, et status Portugalliæ regni Infantis privilegio gaudet præsentandi ad nonnullas parochiales ecclesias in Portugalliæ, et Algarbiorum regnis existentes, quæ sicut accepimus, de regio jure patronatus ex fundatione, vel dotatione existunt, et super quarum aliquot respective fructibus, redditibus, et proventibus (illarum respective rectorum pro tempore existentium congrua salva remanente) certæ portiones,

Exponuntur jura patronatus competentes super parochialibus ecclesiis.

seu præstationes annuæ personis eidem regio Infanti gratis, et acceptis ab eo distribuendæ, et assignandæ apostolica auctoritate alias constitutæ reperiuntur, cum indulto eidem regio Infanti eadem apostolica auctoritate concessa, quod portionibus, seu præstationibus hujusmodi ex personis illas respective percipientibus quovis modo cessantibus durante cessatione hujusmodi, illarum respective fructus in ejusdem regii infantis pro tempore existentis favorem cedere debeant, perspectum habeat portiones, seu præstationes prædictas nedum minus sufficientes esse ad alias personas eidem regio infanti benevisas juxta earum respective conditionem, et merita eximii sui, et grati animi significationibus prosequendas, sed etiam ad augendum, prout decet, splendorem dilectissimi etiam in Christo filii Joannis dicti Petri regis secundogeniti, ac dicti regni domus, et status regii infantis immediati successoris, ut sic majori decore suæ magnanimitatis, ac pietatis actus exercere valeat impares existere. Aliunde vero consideret, quod si pariter super infrascriptarum parochialium ecclesiarum, quæ ut etiam accepimus, de simili regio jurepatronatus ex pari fundatione, vel dotatione existunt, et ad quas eidem Petro regi uti administratori prædicto jus præsentandi ex donatione regis coronæ Portugalliæ de dicto jure præsentandi eidem regio infanti facta competit, respective fructibus, redditibus, et proventibus aliæ similes portiones, seu præstationes annuæ per Nos, ut infra, constituerentur, præmissis opportune consultum foret. Quare pro parte ejusdem Petri regis, de carissimæ in Christo filis Nostræ Mariæ Franciscæ eorundem Portugalliæ, et Algarbiorum reginæ fidelissimæ opportune Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus sibi in eisdem præmissis annuere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur dictum Petrum regem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes; ex unius sancti Jacobi de Sopo certo, quem præsentis haberi volumus pro expresso, modo ad præsens vacantis ex nunc; ac aliis de Venade Bracharensis, et reliquæ parochialium ecclesiarum villæ de Cantanheira respective nuncupatæ Lisbonensis respective diocesis respective fructibus, redditibus, et proventibus certis tantum cujuslibet earum ad trecentos, et quadraginta quinque ducatos auri de camera circiter annuatim, ut

*Bull. Rom. Tom. VII.*

asseritur, ascendentibus ex nunc prout ex tunc, et e contra postquam tamen secundo, et tertio dictæ ex posterioribus tribus parochialibus ecclesiis ex illarum respective rectorum personis quovis modo vacaverint, centum, et quatuordecim ducatos auri de camera hujusmodi, et julia quinque monetæ Romanæ præter aliqua prædia, et incerta stolæ vulgo Pe de Altar nuncupata pro certa libera annua congrua cuilibet ex posteriorum trium parochialium ecclesiarum rectoribus pro tempore existentibus annuatim apostolica auctoritate prædicta tenore præsentium perpetuo respective assignamus; illisque sic assignatis ex residualibus cujuslibet posteriorum trium parochialium ecclesiarum respective fructibus, redditibus, et proventibus prædictis tot portiones, seu præstationes annuas arbitrio dicti regii infantis, ejusque domus, et status hujusmodi successorum pro tempore existentium personis sibi gratis, et acceptis, et quoad portiones, seu præstationes hujusmodi ex secundo, et tertio dictarum ex posterioribus tribus parochialibus ecclesiis fructibus, redditibus, et proventibus prædictis, ut infra constituendis, postquam illæ ex earum respective rectorum personis quovis modo vacaverint, ut præfertur, et non alias, nec antea respective distribuendas, et assignandas (residuales fructus, redditus, et proventus prædictos a posterioribus tribus parochialibus ecclesiis dicta apostolica auctoritate earundem tenore præsentium perpetuo respective dismembrando, et separando) eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo respective constituimus. Eidemque moderno regio infanti, ejusque domus, et status hujusmodi successoribus prædictis, quod donec, et quousque portiones, seu præstationes annuæ sic, ut præfertur, constitutæ, aut aliqua illarum per dictum regium infantem distributæ, et assignatæ non fuerint, seu respective distributa, et assignata non fuerit: ac etiam portionibus, seu præstationibus annuis, ut præfertur, constitutis hujusmodi, aut aliqua earum ex personis, seu persona illas, seu illam percipientibus, seu percipiente quomodolibet cessantibus, seu cessante, illarum, seu illius fructus donec illas, seu illam de novo distribui, et assignari sibi placuerit, in favorem ipsius regii infantis pro tempore existentis ad formam præcedentis apostolici indulti cedere debeant eadem apostolica auctoritate ipsarum tenore præ-

D d d d 2

sentium pariter perpetuo concedimus, et indulgemus.

Clausula sub-  
lata, et decre-  
tum irritans.

§. 4. Nec non easdem presentes semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos nunc spectat, et pro tempore quomodolibet spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere; sicque, et non alias per quoscumque iudices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios iudicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, ac de præstando consensum in pensionibus, ac etiam quatenus sit, constitutione felicis recordationis Benedicti pp. XIII. prædecessoris Nostri pensiones annuas super parochialium ecclesiarum fructibus, redditibus, et proventibus reservari prohibente, aliisque etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, et universalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium præmissorum quomodolibet forsitan concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omissis, et forma in illis tradita observata, inserti forent eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime hac vice dumtaxat ad præmissorum validissimum effectum specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide harum quoque serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, quod ad illos, ad quos vel de jure, aut in vim contractuum, seu de consuetudine posteriorum trium parochialium ecclesiarum, aut cappellarum majorum nuncupatarum dumtaxat, ac sacrariorum reparationes spectant, ut antea spectare, ipsique etiam in posterum illas facere debeant, et teneantur. Volumus etiam quod in eventum, in quem dictas posteriores tres parochiales ecclesias ad nominationem regii infantis pro tempore existentis a prædicta Sede apostolica conferri contingat illarum respective fructus certi, non obstantibus dismembratione, et separatione huiusmodi, diminui non possint.

Declaratio  
specialis.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ assignationis, dismembrationis, separationis, constitutionis, concessionis, indulti, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, sexto kalendas maii, pontificatus Nostri anno duodecimo.

Sanctio poen-  
alis.

DXCVII.

Dat. Romæ  
26. aprilis  
1786  
anno XII.

Ampliatio facultatis perpetuæ nominandi ad certas pensiones quascunque personas alias ecclesiasticas tantum, nunc vero etiam laicas favore regis fidelissimi.

Pius episcopus  
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Decet Romanum pontificem apostolica indulta pientissimis regibus, ut se munificos exhiberent, alias concessa quandoque ampliare, ut huiusmodi medio eorum liberalitatis fontem in subditorum etiam laicorum sinum per amplius, ac facilius diffundere valeant.

Proemium.

§. 2. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte carissimi in Christo filii Nostri Petri Portugalliæ, et Algarbio-

Expositio præ-  
cua porrecta-  
rum a rege fi-  
delissimo.

rum regis fidelissimi petitio continebat, quod cum alias super quarundam parochialium ecclesiarum Bracharensis, ac Lamacensis, et Colimbricensis respective diocesum, quæ olim, sicut accepimus, de jure patronatus laicorum nobilium, et illustrium familiæ videlicet illorum de Menezes ex marchionibus de Villa Real ex fundatione, vel dotatione existebant respective fructibus, redditibus, et proventibus (debita illarum respective rectoribus congrua libera annuatim assignata remanente) nonnullæ pensiones, seu assignationes annuæ pro personis tamen ecclesiasticis dumtaxat arbitrio illorum de dicta familia tunc existentium nominandis apostolica auctoritate ex indulto apostolico ab immemorabili tempore perpetuo reservatæ fuissent subinde pro eo, quod jus patronatus hujusmodi cum facultate ad pensiones, seu assignationes prædictas eodem modo personas ecclesiasticas tantum nominandi ad regiam Portugallie regni coronam devolutum exitit, eidem Petro regi uti administratori domus, et status dilectissimi etiam in Christo filii Portugallie regii infantis, ejusque in domo, et statu prædictis successoribus jus præsentandi ad dictas parochiales ecclesias pro tempore vacantes cum prædicta facultate ad pensiones, seu assignationes hujusmodi personas ecclesiasticas tantum, ut præfertur, nominandi ex dotatione dictæ regie coronæ de jure præsentandi hujusmodi cum prædicta facultate eidem regio infanti facta modo spectat, et pertinet. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat, attenta prædictæ facultatis limitatione, nominandi scilicet ad dictas pensiones, seu assignationes personas ecclesiasticas dumtaxat idem Petrus rex personas laicas, quæ in majori personarum ecclesiasticarum numero ejus servitio addictæ reperiuntur, aliasque personas sibi gratas, et acceptas, sui magni, et grati animi significationibus per hoc medium prosequi præpeditus remaneat, proindeque plurimum cupiat sibi per Nos, et Sedem apostolicam benigne, ut infra provideri. Quare pro parte ejusdem Petri regis Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus sibi in præmissis opportune consulere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessis.

§. 5. Nos igitur eundem Petrum regem amplioris gratiæ favore prosequi volentes: eidem Petro regi, ejusque in domo, et statu regii infantis prædicti successoribus pro tempore exi-

stentibus facultatem, ut ipse Petrus rex, ejusque in domo, et statu hujusmodi successores pro tempore existentes prædicti dicta limitatione facultatis nominandi scilicet ad pensiones, seu assignationes hujusmodi personas ecclesiasticas tantum in indulto prædicto, ut præfertur, apposita, atque præscripta non obstante, quascumque personas sibi, et in domo, et statu regii infantis successoribus pro tempore existentibus prædictis gratas, et acceptas, tam ecclesiasticas, quam laicas indistincte ad pensiones, seu assignationes prædictas, servata tamen in reliquis ejusdem apostolici indulti forma, nominare, ac personæ ad pensiones, seu assignationes annuas prædictas pro tempore nominatæ, illas in quocumque statu retinere, et annuatim percipere, exigere, levare, ac in suos usus, et utilitatem convertere libere, et licite respective possint, et valeant plenam, et liberam licentiam, et facultatem apostolica auctoritate prædicta tenore præsentium etiam perpetuo concedimus, et impertimur.

§. 4. Ac easdem præsentis literas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere; sicque, et non aliter per quoscumque judices ordinarios, et delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuntios judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus quatenus opus sit Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non tollendo jure quæsito, ac quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, et universalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium præmissorum quomodolibet forsan concessis, approbatis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, spe-

Derogatio contrariorum.

cifica, expressa, ac individua, et de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut quælibet alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissime hac vice dumtaxat, ad præmissorum validissimum effectum specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ concessionis, et impertitionis, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo octogesimo sexto, sexto kalendas maii, pontificatus Nostri anno decimo secundo.

Dat. Romæ  
12. maii  
1783  
anno XII.

DXCVIII.

Confirmantur constitutiones monialium B. M. V. de monte Carmelo exalcearum Hispaniarum.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exponitur quomodo constitutiones conditæ a s. Theresia immutata fuerint aliqua in parte additis declarationibus pro temporum circumstantiis.

§. 1. **P**osteaquam per alias Nostras in simili forma Brevis die xiv. mox transacti mensis martii expeditas literas statuta fratrum ordinis Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmelo exalceatorum nuncupatorum congregationis Hispaniæ novissime summo studio, summaque diligentia a congregatione eorundem fratrum Matrili ad hoc auctoritate Nostra apostolica specialiter deputata composita, Nostraque auctoritate ad sacros canones, et apostolicas ordinationes subinde aliquanto exacta eadem auctoritate confirmavimus, dilecti filii Paulus a Conceptione defi-

nitor generalis, ac Petrus de Matre Dei dictæ apostolicæ congregationis secretarius, utriusque fratres ordinis, et congregationis prædictorum expresse professi, quique, ut Nobis inductas innovationes, et mutationes in statutis prædictis præstarent, fuerunt a dicta apostolica congregatione ad Nos delegati; Nobis nuper exponi fecerunt, quod licet constitutiones sanctimonialium ordinis prædicti in regnis Hispaniarum sub jurisdictione, ac gubernio eorundem fratrum existentium, quas a sancta Theresia ejusdem ordinis restitutrice accepisse gloriantur, undique cælestem spirent, et redoleant sapientiam, ad cælum mentis intellectum attollant, in supernis collocent, atque cælestis cogant ignis calore corda succendi, nihilominus cum ex misera humanarum rerum conditione necesse fuerit a pluribus generalibus comitiis dicti ordinis varias declarationes ipsis constitutionibus superaddi, quæ postmodum ob illorum varietatem, ac multipliciter in earundem sanctimonialium animos multa scrupula, anxietates, et dubitationes ingesserunt. Quamobrem apostolica congregatio prædicta tum ad illarum mentes sedandas, cum etiam ut illarum constitutiones statuti fratrum dicti ordinis, ut præfertur, per Nos novissime confirmatis plenissime congruerent, abrogatis omnibus declarationibus a generalibus comitiis dictis constitutionibus, ut præfertur, superadditis, aliqua dumtaxat, et quidem pauca pro hisce rerum vicibus reformavit, aliqua adjunxit; quæ cum ad Nos una cum cæteris ejusdem apostolicæ congregationis actis fuerint transmissa, apostolicæ confirmationis præsidio per Nos communiri summopere desiderant.

§. 2. **U**t itaque justis dictorum exponentium petitionibus maturo iudicio concederemus, quemadmodum dilecto filio Nostro Gregorio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diacono cardinali Salviati nuncupato, ut de toties memoratis statutis fratrum ordinis, et congregationis prædictorum noviter elucubratis cognosceret, alias commisimus, sic nedum novas additiones, et mutationes, sed ipsas etiam sanctimonialium dicti ordinis constitutiones, quod nunquam fuerunt auctoritate apostolica confirmatæ, ejusdem Gregorii cardinalis examini subiicimus. Quod Nos de summa sua sedulitate, ac studio pollicebamur, ille summa fide perfecit; siquidem nedum ipse accu-

Novas constitutiones reformatas iudicio subjecti pontificis cardinalis Salviati, qui illas meliori in forma redigit.

rata, diligentique lance constitutiones, ac additiones prædictas perpendit, unde pauca quædam adjunxit, aut clariori in luce posuit, sed etiam easdem additiones noviter iisdem constitutionibus inseruit, ac nonnulla ex declarationibus generalium capitulorum, ut præfertur, abrogatis, quæ ad rectam eandem sanctimonialium vitæ institutionem per quam opportuna visa sunt, in eas retulit. Quæ omnia cum a Nobis probata fuerint, hinc novarum constitutionum corpus compositum est, tenoris, qui sequitur.

## CONSTITUTIONES

*Pro monialibus discalceatis beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo.*

### CAP. I.

*De obedientia, et electione superiorissarum, nec non de visitatione.*

§. 4. I. Præcipimus, quod provinciales congregationis Nostræ, quilibet in propria provincia, in spiritualibus, et temporalibus regat, et gubernet illius provincie moniales, easque visitet, saltem semel quolibet anno, ac possit eas corrigere, et castigare cum, et absque processu constructione (prout justum, et æquum illi videbitur) pro qualibet culpa, illa excepta, quæ in hisce constitutionibus gravissima appellatur, quæque remittatur patri nostro generali, ac definitoribus, ut eam judicent voto decisivo omnium, vel majoris partis, prout declaratum est auctoritate apostolica in aliis Nostræ congregationis negociis.

§. 5. II. Cunctæ electiones ad trinites sacri Tridentini concilii fiant per parvas schedulas secretas. Electio cum matris priorissæ, tum subpriorissæ, vel quælibet alia electio fiat per schedulas in scriptis non jam propria, sed aliena manu, et ad hunc effectum tres accipiantur schedulæ cum nominibus trium monialium, quæ ob ætatem, et ad tramitem juris ad munus, quo electio respicit, præfici possint, et illa, quæ schedulas scribet (et poterit esse altera ex monialibus conversis) sub gravi in foro conscientie ad secretum servandum teneatur, quin unquam directe, vel indirecte nomina hujusmodi petentium pandere valeat, quamvis ad conscribendas schedulas uti etiam

possint opera alterius ex religiosis electioni præsentibus; et hi quoque ad idem secretum teneantur; et peracta electione coram omnibus monialibus schedulæ comburantur. Animadvertendum hic tamen est, quod in nullâ electione prælatus, qui illi præseserit, vel qui ad hujusmodi præsesentiam fuerit ab eo delegatus, nullum jus habet ferendi suffragii; poterit autem nominare, vel proponere universo capitulo nonnullas moniales, ut alteram ex his eligant, obligare autem eas minime queat ad necessario eligendam unam ex illis, quas proposuerit; quin imo libera eisdem erit facultas, et potestas, quamlibet, quæ ipsis aptior videatur, eligendi. Provincialis vero, vel qui electioni præest, suffragia cum secretario, vel cum alio, quem secum ducat, socio conferet, seu computabit. Et deinde superior, vel qui ejus vices gerat, hujusmodi electionem ad sacrorum canonum formam confirmare, aut irritam reddere. In priorissam vero eligi nequeat, nisi quæ ætatis, et religiosæ professionis annos habeat a sacra Tridentina synodo præscriptos.

§. 6. III. Cum valde deceat, quod recenter professæ omni alia cura seposita, cordi habeant tantummodo proprium progressum, mandamus, ut quæ in posterum professionem emittent, in nulla vocem habeant electione, usque dum duos integros a professione annos non expleverint, et per hoc idem tempus secreto capituli conventualis minime intersint, sed dictis propriis culpæ, post conversas discedant. In novis autem foundationibus, ubi septem non extent vocales, supplere poterunt ad hunc usque numerum etiam recenter professæ, juxta earum antiqñitatem vocemque habebunt in electionibus, et capituli secreto intervenient, prout moris est in conventibus religiosorum nostrorum, quoad illos, qui in presbyteratus ordine jam constituti ingrediuntur. Et per annum a die emissæ professionis computandum subjectæ remaneant novitiarum magistræ, prout in anno probationis, illoque expleto, a novitiatu discedent, et uti ceteræ communitatem sequentur cum omnimoda subjectione prælato.

§. 7. IV. Ad excipienda suffragia monialium, quæ aliqua præpedita infirmitate ad crates se nequeant conferre, superior, qui præerit electioni duas designabit moniales ætate, et moribus graves, quæ tales infirmas adibunt pro excipiendis suffragiis, quæ ab his cap-

De obedientia, et electione superiorissarum, nec non de visitatione

De schedulis adhibendis in electionibus.

De forma servanda in emittenda professione.

De suffragiis ferendis a monialibus infirmitate aliqua præpeditis.

sulam clausam ad hunc effectum in quolibet monasterio conficiendam, et habentem in parte superiori fixuram angustam, per quam ingredi possit schedula, immittantur. Clavis hujusmodi capsulae teneatur in loco, ubi fit electio, et capsula adducta coram omnibus, haec aperiatur, et schedula complicata, quin inspicere possit, una cum reliquis porrigatur praelato, qui electioni praestet.

De duratione officii priorissarum.

§. 8. V. Officium priorissarum per triennium durabit, nec rursus eligi queant in priorissas, neque in sub priorissas in eisdem monasteriis, ubi hujusmodi munere perfunctae sint, nisi post decursum alterius triennii. Monialis, quae per duo triennia, seu pro majori hujus temporis parte priorissae munere functa sit, nequeat tertio eligi nisi in unico scrutinio duae ex tribus omnium suffragiorum concurrant partes: ad hoc ut eadem monialis eligi quarto valeat, concurrant oportet in unico scrutinio cuncta suffragia, tribus, et proprio exceptis, et nequeat de hac quarta electione pertractari, nisi praevio effluxu sex annorum vacationis ab officio: attamen aliqua urgenti necessitate cognita a definitorio generali ipsum dispensationem impertiatur ad hoc ut eadem monialis quarto eligi possit, ea tamen sub lege, quod ab officio per triennium completum vacaverit, ejus autem electio methodo superius dicta fiat. Nulla expleto munere priorissae prosequi poterit regere monasterium tituli vicariae, vel praesidentis, nisi duobus, vel tribus ad summum mensibus; neque super hoc pater noster generalis, nec suum definitorium poterit dispensare.

De poenis contra eas, quae sermonem instituunt de rebus in electionibus obventis

§. 9. VI. Ut omnis praecidatur occasio, qua pax, et concordia inter moniales perturbetur, praecipimus, ut post visitationem, et electionem, nulla audeat sermonem instituere, nec pertractare de rebus, quae in electione hujusmodi acciderint, ita ut pax turbari queat; et quae secus se gesserit, si fuerit choro deputata, velo privetur, ac voce activa, et passiva per mensem; si autem conversa, per mensem itidem scapulare privetur, injuncto illi per duas sextas ferias jejunio in pane, et aqua.

De revelationibus praelatis facien dis.

§. 10. VII. Quemadmodum orationis continuatio, et spiritus, quo sit excellentior, eo magis subjacet fallaciis, et illusionibus, praesertim in mulieribus, strictae praecipimus cunctis nostris monialibus per meritum sanctae

obedientiae (conscientiam earum super hoc quantum possumus onerando) ut in visitationibus, vel extra illas, dum id contingat, denuncient patri nostro generali, patribusque provincialibus, et visitoribus quemcumque spiritum peculiarem alicujus monialis, in qua apparerent revelationes, visiones, extases, raptus, vel alia id genus, extra vias communes, et ordinarias ad hoc ut se gerentibus cum sinceritate, et fidelitate debita suis praelatis, per quos lux, et erroris cognitio ad eas pervenire debet, evitentur magna damna, quae monialibus multum in oratione versantibus emergere possent. Et ad hoc strictius tenentur priorissae, quas si praelati in hoc negligentes invenerint, eas corrigant, et castigant.

## CAP. II.

*De receptione, et professione novitiarum, ac de numero monialium, in quolibet monasterio.*

De receptione novitiarum.

§. 11. I. Per diligenter animadvertendum, quod admittendae ad habitum sint honestae, et solitudinis studiosae, ac ad religiosam perfectionem adspirent, et mundi illecebras aspernentur. Si enim non fuerint a mundo segregatae in suis desideriis, non ita facile poterunt observare leges, et regulas nostrae religionis, et idcirco expedit, ut ante illarum receptionem, quo animo sint, diligenter investigetur, potius quam deinde eijci debeant, et saecum in decimo septimo aetatis anno constitutae sint, neque quadragesimum annum excedant, sanae in corpore, instructae, et aptae ad horas canonicas persolvendas, et ad assistentiam choro, et nulla recipiatur in choristam, quae nesciat latinum idioma legere. Poterit autem pater noster generalis, intercedente justa causa, dispensare cum aliqua super excessu aetatis quadraginta annorum, et cum alia, quae decimum quintum suae aetatis annum expleverit.

§. 12. II. Nulla admittatur ad professionem, nisi per annum suae probationis in ipsa inspectae, et repertae fuerint omnes conditiones, et qualitates pro observantia requisitae: altera autem ex superius enunciatis qualitatibus in ipsa deficiente, nullimode professionem emittat, dummodo non videat adeo eximia virtute praedita, ac sit tantae utilitatis monasterio, cui nulla ex inde perturbatio sit oritura, ut in eo, praevia dispensatione praelati, ad quem

De admittendis ad professionem.



juxta constitutiones nostras in hoc casu pertinere dispensare, ad professionem admitti poterit. Si vero omnibus superioribus dictis non adderetur divina vocatio, quæ appareat in ardentibus ejus desideriis, nullimode ad professionem admittatur.

De admissione earum, quæ dote necessaria carent.

§. 13. III. Concurrentibus in aliqua cunctis qualitatibus supradictis, licet illi deficiat integrum dotale munus monasterio assignandum, non idcirco eiciatur, et monasterium dummodo ex hoc in majorem non incidat indigentiam, supplere possit redditibus, et elemosynis ordinariis quidquid ex hac parte illi deficit. Judicium, et resolutio quoad admissionem alicujus religiose (in qua omnes conditiones, et qualitates supradictæ concurrant) absque ulla dote, aut adeo tenuis quantitatis, ut non attingat mediocritatem præstationis communiter recipi solitæ in illo monasterio, ad definitorium spectabit, absque cujus licentia, et dispensatione admitti minime possit. Nulla monialis professionem emittat, nisi prius a monasterio cum effectu exacta fuerit dos, vel ipsi constituatur in fundo ad ejusdem monasterii, et patris provincialis beneplacitum.

De virtutibus novitiarum respiciendis in admissione.

§. 14. IV. In receptione novitiarum non tam quantitas dotis, quam virtus admittendæ respiciatur, ne paulatim aliqua cupiditas irrepat, et videatur major respectus haberi ad elemosynæ quantitatem, quam ad personæ probitatem, quæ præcipue est attendenda. Ipsi igitur semper ante oculos obversetur paupertas, quam in omnibus rebus profitentur, pro certo habentes, quod non tantum elemosynæ eas alere debent, quantum fides, et perfectio, ac spes in solo Deo reposita, et sæpe legatur hæc constitutio monialibus, et ab ipsis studiosissime, ac per diligentem observetur.

De suffragiis obtinendis pro admissione novitiarum.

§. 15. V. Nequeant prælati aliquam admittere ad habitum, vel professionem absque suffragiis majoris partis capituli conventualis, ac nullimode admittere valeant quascumque moniales alterius ordinis, licet sint ex illis, quæ sequuntur regulam mitigatam ejusdem religionis de monte Carmelo. Pater provincialis non impartiat licentiam pro admissione ad habitum, nisi de dote admittendæ debite prius caveatur. Absque generalis definitorii licentia duæ, vel plures sorores germanæ, nec genitrix cujuscumque monialis in idem monasterium valeant admitti; si vero tres sorores germanæ, vel genitrix, et filia

admitterentur, duæ primæ in ingressu usque dum altera deficiat, vocem habebunt.

De examine novitiarum ab episcopo, vel vicario faciundo.

§. 16. VI. Mandamus, ut admissio novitiarum tum ad habitum, tum ad professionem fiat per suffragia secreta majoris partis capituli, quæ suffragia ferantur per calculos albi, et nigri coloris, et ante professionem primo ab episcopo, vel ejus vicario, aut a quacumque alia persona per eos deputanda, ad tramites decretorum sacrosancti concilii Tridentini hujusmodi novitiarum voluntas inspiciatur, et examinetur.

De qualitatibus monialium conversarum, et de numero earum.

§. 17. VII. Moniales conversæ recipiendæ trium non excedant numerum, et hæc corpore robusto sint, et vehementer cupiant Deo inservire. Per annum permaneant in monasterio absque habitu religionis ad hoc, ut melius internoscatur, an sint paratæ ad sustinenda onera ipsius monasterii. Istis autem velum nigri coloris dari nequeat; et absoluto integro anno a die receptionis habitus, admittantur ad professionem, et victus, ac vestitus ipsis æque, ac cæteris charitable ministratur. Cum vero conversæ admittendæ eruat, non recipiantur nisi per secreta suffragia majoris vocalium partis; et si eo anno decurrende, quo habitum religionis non deferunt, essent eiciendæ, hoc etiam fieri debet per secreta suffragia, prout moris est quoad novitias: si autem anno elapso, aut infra illum vigore præviæ dispensationis alioquin conversa sacro habitu vestienda esset, etiam ad hunc admittatur oportet per secreta suffragia majoris partis, et deinde post sex, et post decem menses æque, ac cæteræ approbari debet.

Idem ut supra

§. 18. VIII. In receptione novitiarum inspiciatur exacte salus, ingenium, et intelligentia earum, et an sperari possit ab illis, ut observantia regularis onera facile valeant sustinere. Cum autem post emissam professionem infirmis, et debilibus remedium absque magna difficultate nequeat afferri; hinc per annum earum probationis, hoc accurate animadvertatur, et nisi videantur tales, ut ab ipsis sperari possit incrementum, et utilitas religionis, ad professionem minime admittantur. Super quo priorissæ, et magistræ novitiarum, cæterarumque monialium monasterii conscientiam oneramus.

§. 19. IX. Novitias æque ac cæteras professas visitare poterant genitores, ac parentes ad hoc, ut si aliquam

De arbitrio genitorum, ac parentum visitandi, et in-

terrogandi novitias, et professas.

experiantur molestiam, perturbationem, aut mœstitiam facilius dignoscatur, quum in monasterio non debeant istæ per vim a monialibus definirî, sed de earum pleno consensu, et voluntate; hinc nolentibus perseverare in religione, libera sit facultas, et licentia aperiendi, et significandi, cui decet proprii animi sensum.

De exclusione novitiarum semel ejectarum ab aliquo ex monasteriis ordinis.

§. 20. X. Novitia semel ejecta ab aliquo ex monasteriis nostrarum monialium in nullo ex illis excipitur, nisi de voto, et consensu duarum partium suffragiorum monasterii, a quo, et majoris partis monasterii, ad quod ipsa transire intendit, et de licentia patris nostri generalis; causa ejus egressus bene perpensa: et nunquam admittatur in monasterio, ubi primo moram traxit, nisi constare faciat ex inde egressam fuisse ob infirmitatem, et non alia de causa, et tunc de licentia patris nostri generalis (quem oneramus, ut negotium bene discutiatur) poterit in eodem monasterio rursus admitti, dummodo omnino convalescit.

De numero monialium in quolibet monasterio.

§. 21. XI. Cum sancta Tridentina synodus præcipiat, ne in quolibet monasterio excipiantur plures moniales, quas alere possit, pro viribus reddituum, et elemosynarum, quas habeat, ad hoc ut in hujusmodi monasteriis cum majori tranquillitate, et minori rerum sollicitudine temporalium vivatur, mandamus ne in ullo monasterio moniales vigesimum excedant numerum, computatis etiam tribus conversis; nisi fortasse aliqua se præsentet, quæ vim habeat singularis virtutis, et fervoris spiritus, quæ si ab universo capitulo (nemine discrepante) fuerit per secreta suffragia approbata superaddi poterit numero præfinito, ita tamen, ut oneri non sit monasterio, et secum ferat necessarium dotalitium. In nullo autem monasterio moniales numerum vigesimum primum excedant. Ac declaratur quod in receptione vigesimæ primæ omnia accedant suffragia; in reliquis enim approbationibus satis erit, quod habeat æque ac cæteræ majorem suffragiorum partem; neque recipi poterit vigesima prima nisi pleno numero monialium choro addictarum.

Declarationes speciales.

§. 22. XII. Ut omnis removeatur dubitandi occasio, a quam moniali incipiat numerus vigesimus primus, declaramus, quod hæc viginti, et ubi non sunt omnes ex moniales, quæ completo numero vigesimo ingrediantur, sed prima tantum, quæ supra nu-

merum viginti recepta fuit, et usque dum hæc e vivis decedat, (vel alia de causa ex illis a jure permissis a monasterio discedat) non intelligatur vacasse vigesimam primam: ipsa autem obeunte, vel discedente (prout dictum est) quæ in sui locum excipietur, hæc rursus tamquam vigesima prima excipitur, ac pro sui admissione cunctis indiget suffragiis, quod successive intelligendum est de cæteris in ejus locum intrahibitis: reliquæ autem omnes, hæc excepta, et illæ, quæ ipsi in ejus loco succedent, licet excipiantur expleto jam numero vigesimo, non sunt reputandæ, tamquam vigesima prima, ad hoc, ut ingredi debeant omnibus suffragiis, sed habenda sunt tamquam loca ordinaria, pro quibus sufficit habere majorem suffragiorum partem. In illis autem monasteriis, in quibus nunquam completus est numerus viginti, et unius monialium, ea habeatur pro vigesima prima, quæ primo in hunc numerum ingredietur, et post ejus obitum, vel egressum a monasterio, quæ in ejus locum successa fuerit, et sic de reliquis eidem succedentibus, prout jam dictum est.

§. 23. XIII. Si intercedente aliqua ex justis causis a jure, et nostris constitutionibus permissis contigerit, quod aliqua monialis de uno transeat ad aliud monasterium, ut ibi ad vitam, vel saltem per decem annorum spatium permaneat, monasterium a quo discedet, poterit in ejus locum aliam monialem recipere. Cum aliqua monialis causis concurrentibus a jure dispositis transfertur ad aliud monasterium, huic antiqui redditus dotis ejusdem monialis exsolvantur, dummodo in monasterio, ad quod transfertur, priorissam non eligatur.

De eligendis in locum earum, quæ in alio monasterio recipiuntur.

§. 24. XIV. Volumus, quod in monasteriis nostrarum monialium, usque dum illa habeant redditus sufficientes pro sustentatione monialium in suprarelato numero viginti unius, haberi nequeant, nec recipi possint ultra quatuordecim moniales, dummodo non admittatur ad habitum aliqua novitia, quæ secum trahat sufficientem dotalitiam pro majoris numeri sustentatione. Nec pater provincialis, nec mater priorissa secus se gerere possint sub pœna privationis ab officiis.

Declaratio specialis.

In illis etiam locis, ubi non sunt priorissæ, et mater priorissæ.

§. 25. XV. Antequam novitiæ professionem emittant, bis a priorissa, vel ab illa, quæ præsidis munere fungetur (consulta tamen prius novitiarum magistra), proponantur capitulo con-

De propositione novitiarum faciendâ in capitulo generali ante professionem novitiarum.

ventuali, ad hoc ut earum vitam, et mores perpendant, et an dignæ sint, quæ ad professionem, et ad monialium unitatem admittantur. Propositio autem hujusmodi pro prima vice fiat in sexto mense probationis, et decimo completo pro secunda vice, et singulis vicibus approbentur, vel reproben- tur a majori parte per secreta suffragia. Et quatenus suffragia tam alba, quam nigra reperirentur paria, intelligatur reprohata, et exinde eiiciatur a monasterio, ubi habeatur liber, in quo notentur approbationes, sive reproba- tiones, quæ sunt novitiarum. Liber autem iste in arca, seu capsula trium clavium inclusus retineatur. In hisce approbationibus præcipue, et primo commune bonum attendatur, seposito quocumque non bene fundato pietatis sensu, qui communitati magnum so- let afferre detrimentum; si vero in hisce rebus incuria intervenerit, onera- mus patrem provincialem, ut incuriam hujusmodi rigide corrigat.

De poenis con- tra cooperan- tes ad clausuræ violationem

§. 26. XVI. Cum soleant nonnul- læ desiderio percitæ religiosum iusti- tum amplectendi, fraudulenter mo- nasteria ingredi, quin præcedat neces- saria prælati licentia, volumus, quod præter alias ecclesiasticas pœnas contra cooperantes ad clausuræ violationem statutas, si sub-priorissa continuo non egerit a monasterio illam, quæ ita ingrediatur, eamque inibi intus dor- mire permittat, per annum ab officio suspensa remaneat; ostiaria autem, cu- jus culpa illa ingressa est, etiam per annum voce activa, et passiva careat, et sic ingressa ad propriam domum rednecatur, nec absque licentia expressa patris provincialis, qui certior fieri de- bet de eo, quod evenerit, admitti queat.

De dote, et aliis rebus no- vitiarum.

§. 27. XVII. Juxta legem, et præ- scriptum concilii Tridentini stricte pro- hibemus, ne ulla superiorissa recipere possit dotalitium novitiæ, nec aliquam ejus partem mutui, aut alio titulo, nec disponere de ejus vestibus, aliisque rebus, quas secum traxerit, antequam ipsa professionem emittat, ad hoc ut tali methodo major adsit libertas ad eam expellendam, quatenus qualitati- bus requisitis munita minime digno- scatur. Sequuta autem ejus professione, hæc omnia in utilitatem monasterii cedant, et convertantur. Pater provincialis solertissime curet observantiam hujus constitutionis, et puniat pro modo cul- pæ ejus transgressionem, super quibus conscientiam suam oneramus.

§. 28. XVIII. Professio emittatur in capitulo, non autem in loquatorio ad crates in manibus prælatæ, præ- sentibus tantummodo monasterii mo- nialibus.

De professione emittenda in capitulo.

§. 29. XIX. In singulis monasteriis sit locus pro novitiatu omnino segre- gatus cum cancello, ostio, et clave, et nocte ostio, et cancello hujusmodi clau- sis, magistra novitiarum, vel coadju- trix eandem clavem apud se retineat, quæ clavis deficientibus novitiis; in arca una cum aliis asservabitur, et novitia- tus oclusus, vel apertus remaneat, prout expediens videatur prælatæ.

De loco pro novitiatu in singulis monasteriis eligendo.

### CAP. III.

#### *De clausura, et colloquiis habendis cum monialibus*

§. 30. I. Servent nostræ moniales perpetuam clausuram juxta sacrarum canonum dispositionem: poterunt autem de licentia patris nostri generalis, et definitorum, aliisque de jure servatis, egredi ad fundanda nova monasteria; et de hujusmodi licentia poterunt deinde ad prima sua monasteria redire.

De clausura.

§. 31. II. Cum nequeant moniales juxta sanctiones concilii Tridentini, motusque proprios summorum pontificum, præsertim felicitis recordationis Pii pp. V. e clausura egredi stricte prohibemus sub pœnis, et censuris in supradictis decretis, et constitutionibus apostolicis contentis, et expressis, ne ulla monialis egredi possit e clausura ob quamcumque causam, etiamsi agatur de ingressu ad ecclesiam pro illius altaribus exornandis, et de exitu ad vestibulum pro claudenda illius janua: ideoque habeant sacristam, qui earum mereatur fiduciam, nec non mandata- riam famulam virtute, et honestate præditam, et uterque moretur extra vestibulum, et atrium monasterii, claudatque ejus, et ecclesiæ januas competentibus munitis seris.

Idem ut supra

§. 32. III. Claves januarum monasterii, et cratium, seu cancellorum chori, et loquatorii, uti etiam clavi- cula loci sacre synaxi administrandæ designati sint semper penes matrem priorissam. Cumque ingredi debeant clausuram confessarius, medicus, aut chirurgus, vel aliæ personæ, quæ in casibus necessitatis, et inevitabilibus ingredi possunt, juxta hasce constitu- tiones, hos semper comitentur duæ moniales tamquam auscultatrices con-

De custodia clavium.

stituta, nec ab illis recedant usque dum egrediantur. Cumque aliquis monasterium ingredietur tintinnabulo signum detur ad hoc, ut moniales intelligant adesse intus in monasterio aliquam extraneam personam, et se in cellulas restituant. Duæ erunt claves claustræ januæ, totidemque seræ diversimode elaboratæ, quarum una a matre priorissa, et altera ab ostiaria custodiatur, et quoties contigerit aperiri, duæ moniales aperiant, unaquæque cum sua clavi, et simili modo claudant, quin una clavem alteri tradat: et illa, quæ secum trahet clavem matris priorissæ (si in aliquo casu eam tradiderit) propria manu hujusmodi clavem priorissæ continuo reddat. Omnes vero claves clausuræ singulis noctibus ad matrem priorissam afferantur, propterquam una ex duabus clavibus portæ monasterii, quam retinere debet penes se rotæ assidens ministra; et auscultatrices, remanentibus extraneis in monasterio nullimode recedere ab illis poterunt; utant possint invicem intueri sub pœna privationis veli per mensem, et privationis ab officio, quoad prælatam etiam per mensem, dummodo pater provincialis non judicet adaugendam, vel diminuendam pœnam esse pro modo culpæ. Si vero, ut hoc perfectius observetur necesse esset, unam, vel duas alias auscultatrices a matre priorissa designari ad hujusmodi accessionem omnino deveniat.

§. 33. IV. Quoties aliqua monialis infirma sacramentaliter confiteri debet, altera ex auscultatricibus prope illam consistat, quin audiat quidquid in confessione dicitur, intueri tamen possit confitentem, et confessarium, cum quo solo nulla ex monialibus, infirmis exceptis, alloqui poterit, nec etiam cum ejus socio, et conscientias earum oneramus, ut recte eum ducant, et nullimode cum ipso permaneant.

§. 34. V. Confessarii nunquam monasteria ingrediantur, nisi ad excipiendas sacramentales confessiones monialium male se habentium, quando de medici consilio constiterit necessitas, et ad administranda eisdem sacramenta Eucharistiæ, tum extremæ unctionis tempore opportuno. Et si infirma post sacramentorum susceptionem aliqua perplexitate agitur, confessarius poterit eam adire reconciliandam, et eidem in extremis laboranti adesse; si vero aliqua infirma longo tempore decumberet, et nullimode ad locum

pro confessionibus excipiendis designatum se conferre possit, tunc confessarius poterit confitentem adire, licet periculum mortis eidem non imminet.

§. 35. VI. Animadvertant serio prælati veniunt esse ex decreto concilii Tridentini, et constitutionibus felicis recordationis Gregorii pp. XIII. sub pœna excommunicationis majoris latae sententiæ, ne aliqua persona cujuscumque status, ætatis, et qualitatis etiamsi prælati, et superior, monasteria monialium ingrediantur, nisi intercedente necessaria, et urgenti causa, ac de licentia prælati in scriptis tradenda, et eorum, ut hujusmodi decreta, et constitutiones apostolicæ omnino observentur, nec decernant aliam esse causam necessariam, et urgentem, præter eam, in qua moniales per se non possent operam suam impendere, nisi adjumento extraneorum ob aliquam ineluctabilem necessitatem, vel ob aliquod periculum, quod imminet, vel in introductione aliquarum rerum ad monasterii usum, et servitium, quæ sint adeo magni ponderis, ut moniales non obstante alterno, et mutuo subsidio sibi præstito eas nequeant asportare, sicuti etiam ubi agatur de ædificiis, vel reparationibus monasterii, tunc enim ingredi poterunt cæmentarii, et operarii, ac ministri ad ædificandum necessarii: et idem servari debet quoad medicum, chirurgum, aliosque hujus generis. Nulli autem personæ utriusque sexus, cujuscumque conditionis, ac ætatis permittatur, quod sub prætextu, seu colore introducendi aliquid, scilicet ligna, vel aliud (licet aliquis famulus necessariò ingredi deberet ad rem hujusmodi asportandam) clausuram ingrediantur, sub pœna quoad priorissam, quæ id permetteret, suspensionis ab officio per sex menses; si vero contigeret, quod aliqua persona ingrederetur absque necessitate, vel ex necessitate palliata, ut supra, illico, et immediate superiorissæ, et ostiariæ eam eiiciant, neque ipsi permittant ingredi interiorem monasterii partem. Nulli pariter personæ, licet qualitatæ, et esequio dignæ permittatur colloquia habere, etiamsi per modicum tempus fuerit, in claustræ januæ, sub pœna suspensionis ab officio per mensem, quoad priorissam, quæ partem in hoc habuerit, et privationis veli etiam per mensem quoad moniales rotæ assidentes; quo vero ad illam, quæ loqueretur, vel delinqueret sub pœna privationis veli per duos menses. In ape-

De exclusionem extraneorum a monasterio, et de pœnis contra violatores clausuræ.

De confessione infirmarum coram auscultatrice faciendâ.

Idem ut supra

rienda claustrij anua omnis possibilis cauthela adhibeatur, et nunquam aperiatur pro rebus, quæ ingredi, vel egredi possuat per rotam; cumque pro introducendis rebus, præcise, et indispensabiliter necessariis sit aperienda, accedant diligenter auscultatrices, hisque simul adstantibus, et non aliter ostia aperiuntur: ultra vero dictam claustrij januam nec pro fabrica, nec pro hortaliis, nec ad alium finem; denique nec pueri cuiuscumque ætatis, vel sexus in monialium clausuram introducantur.

Idem ut supra

§. 36. VII. Injungimus prælatis, (salvo tamen jure, quod ex dispositione concilii Tridentini, et constitutionum apostolicarum super clausura competit dominis ordinariis, quod rite servare debemus) ne monialium monasteria ingrediantur, nisi omnimoda necessitate, pro rebus scilicet iis, quæ in loquatorio, vel loco pro confessionibus excipiendis peragi, vel tractari nequeant. Et insuper declaramus, pro ingredienda clausura haud justam præbere causam exhortationes, vel spiritualia colloquia, quæ æquè, ac capitulum culpæ visitationis habebuntur in loquatorio, vel ad cratem chori: si vero prælatus præciperet aliquam disciplinam, commendabit prælatæ, quod intus eam applicet; intercedente autem aliqua justa causa ex illis ab hisce constitutionibus permissis, si oporteret ipsum ingredi clausuram, vel dum in fine visitationis ingreditur ad visitandum, et recognoscendum monasterium; secum semper ducat socium provecæ ætatis, et probatæ vitæ, qui ab eo toto tempore suæ inibi permanentiæ non recedat; electiones autem ab ipso fiant in loquatorio, vel ad cratem chori, quin hac de causa clausuram ingrediatur, prout sacra Tridentina synodus præcipit, et superius est dispositum. Nullus religiosus, prælatus, vel subditus comedere poterit in monasteriis nostrarum monialium, nec intra illa (scilicet) in ecclesia, sacrario, monasterii vestibulo, seu janna, loquatorio, vel in quacumque alia ejusdem monasterii parte. Et hoc etiam omnibus a religione extraneis vetitum volumus, quibus nequeant moniales cibos præbere in aliqua ex dictis partibus. In hospitibus autem, quæ habent moniales nostræ, nequeant inibi ullum a religione extraneum, nec virum, nec mulierem accipere, nec illis cibum ministrare; liceat nihilominus eisdem per unum diem, vel per

biduum mittere cibum pro genitoribus, vel parentibus alicujus monialis, vel pro aliquo magno benefactore adbidivorsorium, in quo degunt. Id autem quoad religiosos, præcipimus sub pœna suspensionis ab officio per mensem, si prælatus; subditis vero sub pœna gravis culpæ per duos dies, et quoad moniales injungimus scilicet prælatæ sub eadem pœna suspensionis ab officio per mensem, et rotæ præsidii sub pœna privationis veli per idem tempus.

§. 37. VIII. Quoties monialibus nostris sit aliquid tractandum cum persona extranea, hoc fiat ad cratem loquatorii cum auscultatrice, quæ inibi adsit, qui recedat, quæque assideat oportet, ubi quidquid loquatur, valeat audire, nec in hujusmodi visitatione loqui possit, et hoc irremissibiliter servetur, licet in visitatione duæ, vel plures moniales sermonem habeant, et semper moniales nostræ loquantur clauso velo, vulgo dicto *vastidor*, dummodo sermo non sit cum genitoribus, vel fratribus, vel in aliquo casu, in quo æquè ac in hisce justum videatur ex aliqua necessaria, rationi consona causa, et cum illis personis tantummodo, quæ magis ad eas coadjuvandas in earum bonis exercitiis orationis, et in spiritualibus consolationibus, quam ipsarum recreationi inserviant: et hoc de licentia provincialis in scriptis. Poterunt etiam aperire velum coram actualibus definitoribus generalibus, moderatore provincie, et definitoribus provincialibus, nec non ex defensore generali, et ex provinciali ejusdem provincie, uti etiam priore actuali conventus illius loci, in quo monasterium consistit, vel ad ejus districtum pertineat, et subpriori districtus, dum præses sit conventus, neque mercari possint per crates ecclesie in locis pro confessionibus excipiendis præfixis, vel in janua claustrij, et ad rotas plerumque non accedant, nisi illæ, quæ rotæ assident. Totum id studiosissime injungimus patribus provincialibus, ut servare faciant, exequendo irremissibiliter pœnam in contravenientes, quæ sit suspensionis ab officio per octo dies pro qualibet vice quoad prælatam, quo vero ad monialem privationis veli per simile tempus.

§. 38. IX. Non admittantur, neque excipiantur visitationes tempore cojustihet actus communitatis, excepta justa causa quoad priorissam, et aliquo urgenti casu quoad reliquas, etiamsi

De allocutionibus habendis cum extraneis.

De exclusionibus habendis cum extraneis.

De exclusionibus habendis cum extraneis.

adentes sint religiosi nostri, neque cum his loquentur diebus communionis, nisi de aliqua necessaria re, et per breve temporis spatium; similiter diebus, in quibus sacra sumitur synaxis, ut moniales vacare valeant gratiarum actioni pro tanto beneficio, non admittantur visitationes, nisi genitorum, vel fratrum, et sororum, qui aliunde veniant, et continuo debeant proficisci; si vero in hoc pater provincialis, aut visitator repererit defectum, illum corrigat pro modo culpæ.

De brevitate  
in colloquiis  
servanda.

§. 39. X. Caveant summopere moniales a colloquiis prolixis etiam cum genitoribus, et consanguineis, quia præterquam quod hujusmodi negotia multum animo adhærent, ac in eo multum perdurant, difficillimum erit, quicum illis prolixè loquendo, aliquid sæculi immisceant, et plerumque minus quam fieri possit cum extraneis, et cum parentibus, et affinis, licet proximioribus sit, eis sermo (dummodo colloquia hujusmodi divina non respiciant) cumque illos alloquantur in casibus permissis, prout dictum est, brevissime se expediant.

De negotiis  
sæcularibus  
non pertractan-  
dis.

§. 40. XI. Moniales nostræ neque tractent, neque curent de negotiis sæcularibus, semperque satagent, ut ex earum verbis fructus trahatur, et tempus minime teratur in visitationibus illis, quæ juxta nostras constitutiones, utique permittuntur, et super hoc accurate invigilet ausculatrix, et dignoscens hoc, prout juris est, minime observari, certiore reddat priorissam, idque omittens, eandem pœnam incurrat æque ac illa, quæ in hujusmodi incidet culpam; pœna autem sit novem dierum secessus in propria cella, omni prohibito egressu, nisi ad actus communitalis, excepta recreatione, et tertia die illi applicent disciplinam in refectorio: vehementer enim interest religioni, quod hoc summopere curetur.

De exclusione  
regularium a  
loquutoris,  
rotis, et can-  
cellis monaste-  
rii.

§. 41. XII. Prohibemus ne prælatæ, sicut et cæteræ moniales ullimode excipiant in monasterii loquutoris, rotis, et cancellis, seu cratibus quemcumque regularem etiam nostri ordinis, nec sinant eos venire ad loquendum cum ipsis absque licentia patris provincialis earundem monialium, qui licentiam hujusmodi elargiatur, accedente justa, et rationabili causa, et in scriptis, sub pœna gravioris culpæ. Cum illis tamen moniales in casibus a nostris constitutionibus permissis colloqui poterunt.

§. 42. XIII. Cum in nostræ congregationis constitutionibus vetitum sit religiosis nostris adire monialium nostrarum monasteria iis in locis, ubi conventus fratrum nostrorum consistunt, ad hoc, ut id perfectius observetur, mandamus cunctis nostris monialibus, tam prælatis, quam subditis, ne dictos religiosos sine licentia in scriptis patris provincialis admittant, et cum illis loquantur, sub pœna suspensionis ab officio per mensem quoad prælatam, quæ in hujusmodi incidat transgressionem, quo vero ad ostiarum, et sacrarii cujusdam ministrum, quæ cum illis se detineant, sub pœna privationis veli per simile tempus: si autem plures fuerint transgressiones, hujusmodi pœnæ ipsis adaugeantur, præcipimusque patribus provincialibus, ut hoc rigide perpendant, et quatenus reperiant, sive dignoscant in hoc defici, dictas imponant pœnas. In hac vero constitutione comprehensos minime volumus religiosos, qui, ut supra dictum est sub numero octavo, colloqui valent cum eisdem monialibus velum non ferentibus, uti etiam earundem confessarios actuales.

Idem ut supra

#### CAP. IV.

*De horis canonicis, oratione mentali, examine conscientie, et disciplina.*

§. 43. I. Divinum officium celebrabitur juxta sanctiones nostræ congregationis, attente, ac devote, et cum pausa majori, vel minori pro varietate festorum, et quicquid cum cantu peragitur, moniales canant, ut moris est in ordine.

De celebratio-  
ne divini of-  
ficii.

§. 44. II. Inchoato officio, nulla sine licentia choro egrediatur, quæque illum ingreditur genuflexa remaneat usque dum eidem signum detur, et dato signo osculetur terram, et surgat, et pariformiter se gerat in capitulo, et refectorio.

De venientibus  
ad chorum in-  
choato officio.

§. 45. III. Matutinum omni tempore semper hora tertia ante mediam noctem, nec ante, nec post dicatur, exceptis nocte Nativitatis Dominicæ, tunc scilicet matutinum canatur hora opportuna, ad hoc ut media nocte missa, et subinde laudes canantur; die festo Paschatis Resurrectionis, in quo hora tertia post mediam noctem; tota octava corporis Christi, in qua horis pomeridianis post orationem, et completorium, prout in more positum est

De matutini  
recitatione.

in universa religione, respective persolvetur, et idem fiat per triduum majoris hebdomadæ, non tamen quoad orationem mentalem, quæ hisce tribus diebus non habetur horis pomeridianis, cum officia inchoantur hora quinta in puncto post meridiem, ac in pervigilio solemnitate corporis Christi per dimidium horæ oratio habeatur. Matutina vero nocte Nativitatis Dominicæ, tribus diebus tenebrarum, primis diebus Paschatis Resurrectionis, et Pentecostes, et in solemnitate corporis Christi cum cantu sunt explenda, et hac die laudes recitabuntur, reassumpto cantu a capitulo usque ad finem. In die Ascensionis, et per totam octavam corporis Christi, et in Conceptionis, Nativitatis, Purificationis, Annunciationis, et Assumptionis beatæ Mariæ virginis, ac sancti Alberti, sancti Josephi, et nostræ sanctæ matris Theresiæ, beatæ Mariæ virginis de Monte Carmelo, patris nostri sancti Eliæ, ac sancti Joannis Baptistæ, et titularis ecclesiæ monasterii festivitibus, solemniter canatur invitatorium *Te Deum*, et a capitulo usque ad finem. In reliquis autem anni festivitibus canatur saltem = *Te Deum laudamus* =.

§. 46. IV. Prima, tertia, sexta, nona omni tempore recitentur immediate absoluta hora orationis mentalis matutinæ, et omnes consecutive dicantur, nisi ex justis causis prælatæ expediens videatur, quod una, vel duæ ex illis loquantur absolvendæ ante missam majorem, ita tamen ut expletæ sint prius quam missa hujusmodi inchoetur; hora solitâ canatur prima in pervigilio nativitatis Dominicæ, et tertia in die festo Pentecostes; nona autem in die Ascensionis.

§. 47. V. Vespere dicantur omni tempore hora secunda pomeridiana, exceptis diebus jejunii quadragesimalis, videlicet a sabbatho ante dominicam primam, usque ad sabbathum majoris hebdomadæ inclusive, in quibus dicantur ante prandium primæ, et secundæ vespere festorum primæ classis ecclesiæ universalis, et religionis (die dedicationis ecclesiæ excepto) cum cantu persolvi debent, uti etiam in die sanctissimæ Trinitatis, et Circumcisionis Dominicæ, ac sancti Jacobi apostoli, et insuper hisce diebus antiphona Dominicæ nostræ, cum quâ vespere absolvuntur, cum cantu dicatur. Primæ autem vespere in festo solummodo secundæ classis cum uni-

versæ ecclesiæ, tum religionis canantur, in reliquis vero anni diebus, etiam dominicis, et festis de præcepto ecclesiæ semper recitentur.

§. 48. VI. Completorium omni tempore prope horam recreationis recitabitur, et pariter omni tempore post completorium canatur antiphona Dominicæ nostræ exceptis festis simplicibus, et ferialibus diebus. Completorio autem absoluto, ad præscriptum regulæ, silentium servabitur usque post expletam primam diei sequentis.

§. 49. VII. Singulis dominicis, et festis de præcepto ecclesiæ, dummodo sint classici, ac beatæ Mariæ virginis, sancti Josephi, et sanctorum primæ, et secundæ classis ordinis nostri, missa conventualis dicatur cum cantu, reliquis autem diebus legatur, et hujusmodi missæ omnes religiosæ, quæ legitime non fuerint impeditæ, intersint; eaque hyemali tempore dicatur hora tertia ante meridiem, et hora quarta tempore æstivo.

§. 50. VIII. Religiosæ absque licentia, et legitima causa choro minime desint: si quæ autem monialis sero chorum ingrediatur, se prosternet, et ita persistat usque dum ab illa, quæ præsidis munere fungitur, et præcipiatur, quod surgat; in egressu autem a choro singulæ proprio muneri incumbant.

§. 51. IX. A die Paschatis Resurrectionis Dominicæ usque ad festum exaltationis sanctæ Crucis moniales hora quinta a media nocte surgant, et usque ad sextam per horam orationi mentali communiter vacent; a festo autem Exaltationis sanctæ Crucis hora sexta a media nocte excursa surgent, et usque ad septimam orationi mentali per horam vacabunt; quæ expleta, ut supra dictum est, quatuor horæ minores persolvantur.

§. 52. X. Ab hora quinta usque ad sextam vespertinam quocumque tempore per aliam horam moniales in communi orationi mentali vacent, et tam oratio hujusmodi matutina, quam vespertina inchoetur ab antiphona *Veni Sancte Spiritus* cum sua oratione, et aliquod perlegatur punctum, quod meditationi præbeat materiam, et hora prætergressa, dicatur, prout moris est antiphona *Sub tutam præsidiam* cum oratione *Protege Domine*. Rotæ autem ministra ab hora quarta ad quintam pomeridianam orationi vacabit.

§. 53. XI. Cum nequiverint officiis addictæ, vel alia quælibet monia-

De completo-rio.

De missa conventuali.

De licentia obtineoda pro abstinentia a choro.

De oratione mentali.

Idem ut supra.

Idem ut supra.

De hora prima, tertia, sexta, et nona.

De vespere.

De vespere.

lis occupatione detenta, hora statuta se conferre ad orationi vacandum: hora minus occupata id expleant. Hoc tandem intelligatur oportet, dum per totam horam, vel majorem illius partem orationi vacare non valerent.

De examine conscientie.

§. 54. XII. Moniales pro quolibet die, prævio tintinnabuli sonitu per dimidium horæ quadrantem peragant examen conscientie. Primum examen fiat paulo ante prandium, et convenientes omnes in choro examinabunt defectus etiam tum perpatratos, et constituent, prout de illis emandari; utque facilius hoc a Domino obtineant, dicant semel orationem Dominicam, et salutationem angelicam. Quæ autem ob aliquam præcisam occupationem explere nequiverit hoc examen in choro cum reliquis, illud peragat ubicumque commorari contingat. Absoluto matutino, aliud agatur examen per idem temporis spatium, quo expleto, monialis, cui lectionis onus incumbit, vernaculo idiomate leget aliquod punctum mysterii, super quo die sequenti meditandum est, et talis quoad tempus ad hæc omnia insumendum modus servetur, ut hora undecima circiter signum detur, et moniales singulæ ad quiescendum sese recipiant.

De lectione spiritali.

§. 55. XIII. Vacent moniales lectioni spiritali, a vespere absolutis usque ad horam tertiam, ita ut in illa, et in vespere, vel solemnibus, vel lectis una hora insumatur: diebus autem jejunii quadragesimalis hujusmodi lectio perduret saltem per dimidium horæ infra secundam, et tertiam pomeridianam totum hoc tempus insumendo; si vero spiritum, vel animum haberent per temporis effluxum orationi vacandi, fiat quod magis expedire videatur ad spiritus recollectionem, et animarum profectam.

De libris spiritalibus habendis in monasterio.

§. 56. XIV. Curet summopere prælata, ne in monasterio deficient libri spirituales, videlicet Carthusiani, Albi sanctorum, Contemptus mundi, opera p. fr. Aloisii de Granada, p. f. Petri de Alcantara, patris Avila, et præsertim illa nostræ matris Theresiæ a Jesu, et alia hujus generis; hæc enim lectio æque, ac cibus corporalis pro corporis conservatione necessaria est ad spiritum fovendum.

De disciplina, aliisque poenitentis exercitiis.

§. 57. XV. Moniales in singulis feriis sextis, dummodo in eis non incidat pervigilium nativitatis Dominicæ, nativitas ipsa, et tres sequentes dies, Circumcisio, et Epiphania, in communi sibi applicent disciplinam, et hoc

pœnitentiæ exercitium, si cadat in dies solemniores præponere illud poterunt, vel postponere die immediate antecedenti, et sequenti. Dictum pœnitentiæ exercitium per psalmum *Miserere mei* perdurabit, et in fine dicatur antiphona *Christus factus est pro nobis*, ac orationes: *Respice quæsumus Domine ec. Protege Domine famulos tuos etc.*, et oratio pro rege: *Quæsumus omnipotens Deus, ut famulus tuus rex noster ec.* Tribus tenebrarum diebus hujusmodi exercitium per tres *Miserere*, unum cum cantu, et reliquos sine cantu protrahatur, et semper agatur in choro post matutinum, exceptis diebus tenebrarum, in quibus, si expleri debent in choro, primo eiiciatur populus ab ecclesia, et janua claudatur: feria autem quinta in cœna Domini applicatio disciplinæ fiat in capitulo. Hujus pœnitentiæ exercitium fiat pro propagatione sanctæ catholicæ fidei, et felici statu Ecclesiæ, nec non pro rege catholico, D. Carolo, ejusque successoribus, pro benefactoribus, animabus Christifidelium defunctorum, pro afflictis, et captivis, et pro illis, qui in peccato lethali vivunt.

De poenitentis extraordinariis.

§. 58. XVI. Nulla monialis hac, seu alia qualibet peculiari pœnitentia extra ordinem se se afficiat absque licentia prælatæ.

## CAP. V.

### De confessariis, et cappellanis, ac de sacra comunione

§. 59. I. Præcipimus patribus provincialibus, ut abunde moniales provideant confessariis ad præscriptum concilii Tridentini; et in locis, in quibus conventus religiosorum nostri ordinis consistunt, se conferant hiis, et non ultra in qualibet hebdomada ad illarum confessiones excipiendas, et ubi conventus desunt, patres provinciales illis confessarios comparent, sicuti præscribunt constitutiones ordinis nostri, et nullus nostræ religionis, vel ab illa extraneus, illas in confessione audire possit sine licentia in scriptis nostri p. provincialis.

De confessariis

§. 60. II. Cappellani eligendi pro nostris monialibus sint tales oportet, ut multum conferant ad earum profectum; volumus itaque, quod non admittantur in earum monasteriis cappellani, nisi apposita in earum institutione speciali clausula, quod scilicet cappellani nominari debeant a patre provinciali, et

De electione cappellanorum



a matre priorissa, vel saltem quod hujusmodi nominatio sit ab eis approbanda, et non alias, uti etiam quod ipsis liberum sit cappellanos eosdem amovere, et admittere, cum in eis aliquod inconueniens animadvertant, nulla desuper assignata causa, vel ratione; quo vero ad cappellanas jam institutas curandum, ut quoad fieri poterit, attentata earum foundationis lege, ad terminos hujus constitutionis redigantur. Si autem nominatio quoad cappellanas jam institutas spectaret ad matrem priorissam, ad nominationem hanc non poterit ipsa devenire, inconsulto patre provinciali, et sine ejus consensu, ad hoc, ut magis circumspecta, et prudens sit electio. Præлата autem, quæ secus se gesserit per sex menses ab officio suspensa remaneat. Et nulla præлата, vel alia monialis conferre valeat dictas cappellanas alicui, ut earum titulo ad ordines promoveatur, nec assentire possit, ut reddantur collatiuæ, sed semper liberum sit prælatis cappellanos hos ad nutum amovere, et prælata, quæ secus faciat per sex menses suspensa ab officio remaneat.

§. 61. III. Ad evitandam occupationem, et distractionem in nostris religiosis se conferendi ad monasteria monialium, ad sacram peragendum, volumus, quod nullus nostri, vel cujuscumque alterius ordinis alumnus constitui possit earum vicarius, vel cappellanus ordinarius. Poterunt religiosi nostri se conferre ad celebrandas festiuitates in ecclesiis nostrarum monialium, tantummodo in corporis Christi, nostræ sanctissimæ matris de monte Carmelo, gloriosi nostri patroni, et patriarchæ sancti Josephi, nostræ sanctæ matris Theresiæ, et titularis monasterii earundem monialium respectiue solemnitatibus, et diebus, in quibus moniales velantur, et in singulis hisce diebus ii solummodo accedent, qui ad altaris, et pulpiti seruitium necessarii comperiantur; quoad conciones in his diebus priorissa de licentia patris provincialis, et certiorato patre priore, poterit aliquando virum gravem extraneum, ut concionem habeat, eligere; at quoties concio habenda sit a religioso ordinis nostri in committendo patris prioris certioratio intercedat. Neque in eisdem diebus præлата, vel alia quælibet monialis committere concionem intra, vel extra religionem valeat, quatenus eidem aliqui ad id se exhibeant sine expresso consensu pa-

*Bull. Rom. Tom. VII.*

tris prioris, aut præsidis conventus, qui mittit hos, vel illos ex religiosis, ut celebrent festum.

§. 62. IV. Cunctæ nostræ moniales generaliter sacram sumant synaxim (nisi legitime impediuntur) singulis dominicis, et in Domini nostri Jesu Christi, ejusque sanctissimæ genitricis, ac sancti Josephi, sancti Alberti, sancti titularis monasterii, patris nostri sancti Eliæ, nostræ gloriosæ matris sanctæ Theresiæ, festis diebus, nec non in solemnitate corporis Christi, ac feria quinta in cæna Domini: et hoc fiat ab omnibus communiter in missa conventuali, dummodo ob infirmitatem, vel indigentiam alicujus monialis dispensatio non intercedat, vel quoad universam communitatem ob rationabilem causam priorissa anticipationem non decernet. Sacra autem sumpta synaxi, saltem per quadrantem horæ in choro persistant pro gratiarum actione.

§. 63. V. Poterunt etiam eucharistico refici sacramento singulis feriis quintis, si ad hoc spiritus, et devotio eas alliciat, et quamvis hæc communio obligatione careat, nihilominus eas hortamur, ne illam omittant. Cum autem ex neglecto accessu ad magnum hoc sacramentum æque, ac ex nimio illius usu animæ non modica damna obveniant, declaramus, quod occurrentibus per hebdomadam aliquibus ex illis festiuitatibus, in quibus, ut supra dictum est, ad eucharisticam mensam moniales accedere debent, vel aliis solemnitatibus, scilicet apostolorum, vel similibus aliis, in hoc casu ex communionibus feriæ quietæ, vel dominicæ omittent illam, quæ proximior sit festiuitati, in qua sanctam sumunt synaxim, ita ut nullimode plusquam duæ habeantur communioniones in singulis hebdomadis, et ab una ad aliam saltem duo, vel tres excurrant dies oportet; quo vero ad novitias hæ præter dictas communioniones spirituali refici poterunt cibo die ipsa, in qua professionem emittunt, similiter die anniversaria vestitionis, et professionis moniales ad communionem accedere possunt, etiamsi die antecedenti, vel posteriori in communi sacram sumere debeant synaxim, et communio hujusmodi potest ab eisdem transferri cum communitas Eucharistiæ sacramentum eisdem diebus sumere debeat.

§. 64. VI. Si quæ monialis peculiaribus valde gravibus, urgentibusque de causis sacram synaxim sumere deberet pluries, quam bis in hebdomada,

F f f f

De sacra synaxi sumenda a singulis monialibus.

De refectioe Eucharistica.

De licentia obtinenda pro frequenti synaxi sumptione.

ut permissum est, expressum ad id intercedat mandatum, et licentia patris nostri generalis, cui committimus, ut illam valde raro largiatur.

De confessione  
facienda a mo-  
nialibus agro-  
tantibus.

§. 65. VII. Si quæ ex monialibus longa infirmitate laboraret, ob quam ad loquutorium, vel ad locum pro confessionibus designatum se nequeat conferre, poterit confessarius, quatenus id exigat infirmitas, aliquoties ingredi ad illius confessionem excipiendam, eique Eucharistiæ sacramentum ministrandum, quamvis infirma in mortis periculo constituta minime reperiatur, dummodo hoc non fiat plusquam semel singulis quindecim diebus. Quod si octo, vel decem elapsis diebus, postquam delatum est infirmæ sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, occurrat solemnitas corporis Christi, primi tres dies nativitatis Dominicæ, Paschatis Resurrectionis, et Pentecostes, nec non festum sanctissimæ nostræ matris de Monte Carmelo, patris nostri sancti Joseph, nostræ sanctæ matris, et sancti patris infirma, vel infirmæ hisce diebus rursus eucharistico sacramento refici poterunt, ab hisce eisdem diebus computando quindecim dies pro communione constitutos: absque ulla autem limitatione sacramenta penitentiae, et eucharistiæ cæteris infirmis administrari valeant, dum sacramenta hujusmodi alicui administrantur. Et in hoc, et in quocumque alio casu, et in quo ipse monasterium ingrediatur, semper eum comitentur ambæ moniales auscultatrices, ut jam dictum est, et peragat ad cellam infirmæ, et ab ea recedat reate, idque prælatæ servet, et servare faciat per diligentem sub pœna suspensionis ab officio, quoties secus se gesserit.

## CAP. VI.

*De mensa, benedictione, et gratiarum actione, nec non de recreatione.*

De victu mo-  
nialium.

§. 66. I. Victui necessario monialium dum bene valent, et dum infirmitate afficiuntur prælatæ prospiciant. Provinciales autem in visitationibus per diligentem invigilent quoad utrumque, et graviter defectum, vel excessum, quem in hoc patrarent prælatæ redarguant. Et si hoc non sufficeret, ut corrigantur, certiores de eo reddant patrem nostrum generalem.

De refectorio  
communi.

§. 67. II. Conveniant nostræ moniales, ut comedant in refectorio communi, quidquid Dominus noster eis-

dem largietur: et pro viribus cavetur, ut accedant ad primam mensam ad vitandam plurium mensarum confusionem; si autem in hoc defectus occurrat, rigide defectum prælatæ puniat.

De tempore  
quo comedatur

§. 68. III. Diebus jejunio ordinis ad dictis omni tempore comedant hora ante meridiem, in illis vero, in quibus de præcepto Ecclesiæ jejunatur, dimidia hora ante; æstivo autem tempore hora decima, vel undecima arbitrio prælatæ comedatur.

§. 69. IV. Tempore prandii, cœnæ, vel refectiunculæ habeatur lectio spiritualis, et in principio prandii paragraphus constitutionum, et continuo liber spiritualis; in sextis autem feriis regulæ fiat lectio.

De mortifica-  
tionibus ante  
mensam per-  
missis.

§. 70. V. Si priusquam mensa inchoetur, Dominus noster spiritum largiatur alicui moniali ad peragendam aliquam mortificationem, eam amplectat, petita prius venia, ne amittat spiritum devotionis, qui secum trahit magnos animæ fructus; breviter autem hoc fiat, ne lectio præpediatur. Hortamur prælatas, et subditas curare, ut sancta hæc mortificationum ordinariorum, et extraordinariorum consuetudo servetur.

De aequalitate  
in cibis pro  
omnibus ser-  
vanda.

§. 71. VI. In refectorio præstantur monialibus, sive sint prælatæ, sive subditæ æquales cibi, et quoad numerum, et quoad quantitatem, neque ministretur aliquid extraordinarii, vel aliter conditum, nisi peculiaris intercedat necessitas, et de licentia prælatæ sub pœna gravis culpæ tam ministranti, quam accipienti: sub eademque pœna idem servandum præcipitur illis, quæ comedunt secunda mensa, illique inserviunt, quoniam nulli dandum aliquid aliud, præter quam quod ministratum est in prima, et similiter conditum; et quæ illi præerit, nequeat licentiam impertiri ad hoc, ut absque licentia prælatæ aliquid extraordinarii præbeatur.

De extraordi-  
nariis refectio-  
nibus extra  
refectorium  
permissis.

§. 72. VII. Non sinant prælatæ communitatem prandere, cœnare, vel refecionem sumere extra refectorium, nisi in aliqua ex præcipuis, vel solemnissimis festivitibus, idque rarissime, et quæ contra fecerit pro modo culpæ puniatur. Nulla autem monialis, nec comedere, nec bibere etiam indicam potionem vulgo cocolatam valeat sine licentia, et quæ in hanc inciderit transgressionem etiam pro modo culpæ puniatur. Hortamurque prælatas, eisque committimus, ne præter horas

refectioni communi statutas aliquid comedendum præstent monialibus; hoc enim multum tam animæ, quam corporis prodest salutem.

De quadragesima pro cibo, et potu non faciendis.

§. 73. VIII. Nulla monialis conqueratur de cibo, potuque, nec de qualitate, vel quantitate, nec de condimento: curent autem priorissa, et illa, quæ annonæ præest, scilicet obsonatrix, quidquid Deus suppeditat beneparari ad hoc, ut cum illo possint moniales sustentari, dum aliud ipsis non suppetit, unde vivant.

De benedictione mensæ, et gratiarum actione.

§. 74. IX. Benedictio et gratiarum actio in prandio, cœna, vel refectione quocumque tempore recitentur prout adnotatur in fine breviarii; diebus vero jejuniis consecratis, gratiarum actio concludatur in refectorio cum psalmo: *Laudate Dominum omnes gentes*, aliisque precibus, et progrediantur ad aulam immediatam, dicendo psalmum *De profundis*, et absolvatur cum *Requiem æternam*, et oratione *Deus veniæ largitor*. In illis autem, in quibus non jejunatur, finito prandio, se conferant ad chœrum dicendo psalmum *Miserere*, vel illum, qui in ejus locum dici debeat, et inibi expleatur actio gratiarum, et exinde egrediantur recitando psalmum *De profundis*, qui ut supra absolvatur: gratiarum actio post cœnam absolvatur in refectorio, et exinde egrediantur in silentio: diebus autem refectionis, in ejus fine dicitur, *Sit nomen Domini benedictum etc.*, et recitata oratione *Dominica*, ac salutatione angelica, in silentio pariter egrediantur.

De animi recreationibus post prandium, et coenam.

§. 75. X. Exemplis sanctorum patrum, et quotidiana experientia edocemur ad conservandum regularis vite institutum, valde prodesse, quandoque monialibus aliquam honestam juvenilitatem concedi, ut animus fatigatus a penitentia angustia relaxetur, et spiritus erigatur, ad reassumenda eo ferventius spiritualia exercitia. Voluntas itaque, quod moniales omnes insistenti congregatæ quotidie, omni tempore, majori hebdomada excepta, per unam horam post prandium, et per alteram post coenam, vel refectiunculam recreentur, et hora recreationis meridianæ omni tempore, nocturnæ autem in hyeme, semper aliquid operis facient. Liberum erit prælate æstivo tempore horam recreationis meridianæ breviare, et quidquid ab illa detrahatur superaddi poterit recreationi nocturnæ; hæc autem horæ metiantur horologio ex arena: si non plus quam una, aut duæ novitiæ

fuerint, recreationem sumant una cum professis, permanendo plerumque prope magistram, excedente autem hoc numero, seorsim cum magistra recreentur; festis primæ, et secundæ classis exceptis, in quibus ad hoc conveniant una cum communitate.

§. 76. XI. Magnopere decet confabulationes, et colloquia monialium spiritualia, et honesta esse. In recreatione igitur se abstineant a verbis detractoriis, et scurrilibus: dicacia autem verba efficaciter evitentur, nec sinant agi de genere, de patria, nec pertinaciter contendere, hoc enim animæ ædificationem minime affert, neque oblectamentum, et illis, quæ in hoc deficerent pro prima vice imponatur unius disciplinæ applicatio, et secunda, aliisque succedentibus vicibus adaugeatur eisdem pro modo culpæ pena, et dum altera loquitur, reliquæ sileant, ut confusio præcidatur. Vehementer autem horamur moniales, quod saltem una vice in singulis hebdomadis consultatio habeatur spiritualis, in qua agatur de modo acquirendi aliquam virtutem, prout moris est in conventibus religiosorum.

De confabulationibus monialium.

§. 77. XII. Tempore recreationis et multoties extra illud nullimode permittatur aliquis ludus; Dominus enim ipsis dabit quomodo ad invicem pie, et religiose recreari, et consolari possint. Si ita se gesserint, hoc tempus bene feretur, curentque ne ad invicem sibi sicut molestæ, nugæ autem, et verba modeste, et discrete pronuncientur.

De prohibitione ludorum.

§. 78. XIII. Nulla monialis aliam amplectatur, nec ejus voltum, et manus contrectet, nec peculiare inter se sint necessitudines, sed ad invicem se diligant, prout Jesus Christus pluries præcepit apostolis, cum enim paucæ sint numero, hoc exequi facile poterunt imitando sponsum, qui pro nobis cunctis sacrificatus est, quoniam hæc generalis ad invicem dilectio magnam profectum, et utilitatem ipsis affert.

De amplexibus, et contrectationibus vitandis.

§. 79. XIV. Absoluta recreatione meridianâ, omni tempore se se recipiant in cellis, et æstivo tempore per horam quiescere poterunt, quæque quiescere nollet, se se recipiat, et servet silentium; excursa autem hora recreationis nocturnæ, petant chorum ad persolvendum completorium, quo expleto, se se recipiant usque ad matutinum, et ad præscriptum regule silentium servetur; duabus tamen in

De quiete post recreationem sumenda.

quolibet mense vicibus matutinum cum completorio prælatæ arbitrio conjungi poterit.

### CAP. VII.

#### *De observantia sanctæ paupertatis.*

De paupertate  
monialium.

§. 80. I. Cunctæ nostræ moniales vivant semper de eleemosynis, ac redditibus, quos sive jure hæreditario, sive alio nomine habent. In conventibus autem, qui in oppidis, et locis amplis consistent, ubi commode sustentari possunt cum eleemosynis annui redditus parvi pendantur.

In locis autem, in quibus cum solis eleemosynis sustentari nequeunt, sufficientes in communi redditus habere curent. Cæterum nullum sit discrimen inter monasteria sufficientes redditus habentia, et illa, quæ redditus non habent.

De exclusionē  
quæstus, non  
urgente neces-  
sitate.

§. 81. II. Ostiatim stips minime quærat; quatenus sustentari possent, neque quæstus introducat, nisi urgente gravi necessitate, imo sustentari curent labore manuum suarum ad instar sancti Pauli apostoli, Dominus enim famulabus suis cælesti providentia necessaria elargietur, quoniam si moderate alantur, nec quærant superflua, nihil de necessaria alimonia eisdem poterit deficere; et si totis viribus servire curent, et placere Deo, ipse (qui pater noster cælestis est) ita disponet, ut diurna merces operum manuum suarum, unde sustentari possunt, eis minime desit.

De rebus reti-  
nendis.

§. 82. III. Moniales absque licentia prælati nullimode aliquid in proprietate, et etiam pro usu possideant, neque ipsis licentia concedatur, ut aliquid habeant pro victu, et vestitu, neque ipsis sint arçæ etiam parvæ, præter illas solummodo, quæ necessariæ sint in monasterii officinis, imo inter easdem moniales omnia sint penitus communia, quod valde decet: diabolus enim curat, ut perfectio paupertatis etiam in parvis infrangatur. Diligenter igitur priorissa inquiret, an aliqua monialis peculiaris rei, scilicet librorum, cellæ, vel alterius rei studio teneatur, vel illis delectetur, et hoc cognito, statim rem hujusmodi ei auferet; volumusque hoc tam in monasteriis, quibus sunt redditus, quam in illis, quibus non sunt, districtius observari, et hoc superiorissa severe exequatur, neque sinat hanc constitutionem ullimode infringi. Si autem

prælati dignoverit, priorissam hoc negligere, severe eam puniat, et visitationis tempore pater provincialis, vel visitator omnes supellectiles, et quæ devotioni inserviunt, quatenus monialibus sint, bene inspiciat, et quidquid repererit superflui, ipsis auferat: denique redditus, vel legata, quibus frui potest aliqua ex monialibus a priorissa, vel clavariis uti reliqua monasterii bona administrantur.

§. 83. IV. Nulla monialis dare, petere, vel admittere rem ullam parvæ vel magnæ quantitatis possit, sine licentia priorissæ, cui ostendatur quidquid monasterio, vel monialibus, etiam titulo eleemosynæ affertur, et observantia hujusce constitutionis vehementer cordi sit patri provinciali. Insuper declaramus in nostra religione observantiam in materia paupertatis, circa quam communiter periti viri judicant quid liceat in illa facere in usu semper fuisse, et esse valde rigorosam; huic munera, quæ quoad aliquas religiones non important culpam gravem, in nostro ordine important, et importabunt. Cum autem paupertas prælatos æque, ac subditos adstringat, nequeat aliqua superiorissa præter victum ordinarium pro monialibus, et cibariam annonam, præter reparationes necessarias monasterii, ac sacrarii, et vestiarii, et reliquarum officinarum, toto triennii tempore ultra quinquaginta ducatos impendere (in monasterii utilitatem) sine expresso consensu sui capituli, et licentia patris provincialis. Si vero aliquid in eleemosynam impartiri deberet, singulæ eleemosynæ non excedant duodecim regalium summam sine consensu, et inconsultis clavariis, et si excedere deberet summam quinquaginta regalium cum consensu capituli fieri debet. Nequeat vendi, nec cædi aliqua arbor in hortis, et fundis monialium sine communitatis consensu per secreta suffragia præstando. Sic etiam nequeat prælata sine consensu communitatis eodem modo præstando, et sine licentia patris provincialis pecuniam ad censum, vel ad mutuum sumere, emere, vel vendere bona, nec aliquem censum imponere sub pœna suspensionis ab officio per duos menses aliisque a jure statutis. Nec mater priorissa, nec communitates queant mandata procuræ dare alicui personæ extraneæ ad exigendum earum redditus sine consensu patris provincialis, et sine fidejussione, quique quolibet anno vel per se, vel per aliam per-

De vetita re-  
ceptione re-  
rum etiam mi-  
nimi valoris.

sonam idoneam procuratorem hujusmodi ad redditionem rationis devenire faciat.

De oblationibus, et elemosynis permisis.

§. 84. V. Oblatio, vel elemosyna, quam Christianifideles monasterio præstabunt, et quidquid ex suis redditibus percipiatur, vel monialibus quomodolibet pertineat, continuo in monasterium introducatur, nec remaneat extra illud aliquid, nec per modum depositi, nec mutui, et confestim deponatur in arca tribus munita clavibus, vel si illa hæc omnia minime caperet, in alio loco tuto asservetur, certioratis clavariis, sub pœna gravis culpæ per tres dies, et exinde coram duabus saltem ex clavariis quidquid ad sumptus sit necessarium educatur, et dabitur procuratrici monasterii, ut id in necessarios erogat sumptus de priorissæ mandato, et quidquid ei detur describatur in regesto ad hunc effectum constituto; procuratrix autem in fine cujuslibet hebdomadæ, absoluta lectione vespertina, rationem reddet matri priorissæ, et clavariis expensarum factarum, et in librum hoc idem referetur, ut desuper de hoc ratio reddatur etiam patri provinciali.

De censibus redimendis, et non insumendis.

§. 85. VI. Præcipimus, ut si contingat aliquem censum, vel jus monasteriorum nostrarum monialium redimi, illæ non insumant, nec impendant aliquid in parva, vel magna quantitate sortis, sed majori, qua fieri poterit, brevitate, rursus tuto reinvestiantur; et etiam dotalia, quæ recipient, statim reinvestiantur, quin impendatur, nec insumetur pars aliqua illorum, et si aliquando in aliquo gravissimo casu aliquid supradictorum jurium, censuum, vel dotaliorum esset insumendum, hoc fiat cum licentia in scriptis patris nostri generalis, qui solus (consulto primum patre provinciali, et præstito per monasterium consensu) poterit illam impartiri; conscientiam autem ipsorum oneramus, quatenus per diligenter hoc inspiciant, atque perpendant, neque sinant hoc fieri præter quam in aliquo urgentissimo casu ad majora alia damna evitanda. Superiorissa, quæ in hoc defecerit, suspensione ab officio per majorem, vel minorem temporis effluxum, secundum quantitatem, quæ insumpta fuerit, puniatur.

## CAP. VIII.

*De jejunio, et à carnibus abstinentia.*

§. 86. I. Moniales nostræ a die festo exaltationis sanctæ Crucis usque ad festum Paschatis Resurrectionis, dominicis exceptis, prout præcipit regula, jejunium servent, exceptis natiuitatis Dominicæ ob immemorabilem consuetudinem ordinis, sanctorum Innocentium, Circumcisionis, Epiphaniæ, et nostræ matris sanctæ Theresiæ festis diebus ratione hujusmodi dierum solemnitatis.

De jejunio servando.

§. 87. II. Carnibus non vescantur nisi in casibus a regula permissis: in mensis autem ordinariis, in quibus piscium est usus, carnes, jusculum, et cibos cum jusculo coctos minime comedant; erit enim ipsis ad hoc mensa statuta.

De abstinentia a carnibus.

§. 88. III. Quadragesimali tempore moniales nostræ ovis, vel lacticiis absque necessitate, et superiorissæ, ac medici licentia minime utantur: in jejunii tamen ordinis nostri licet ea sint vere ecclesiastica ex peculiaribus summorum pontificum privilegiis liberum erit superiorissis circa usum ovorum, et lactis, prout ipsis videatur dispone-re. In reliquis ecclesiæ jejunii æque ac in feriis sextis, quoad hoc servetur diocesium, in quibus monasteria consistunt, consuetudo, et tales cibi sumi poterunt in refectorio communi.

De tempore quadragesimali.

## CAP. IX.

*De monialium indumento.*

§. 89. I. Pro indumento moniales utantur panno villosa solocis lanæ, et non tincto (et ex illa tam tunica, quam habitus conficiatur) habitusque, quo magis fieri potest sit angustior, et angustæ sint etiam manicæ, quæ habeant æqualem latitudinem in principio et versus manum sine rugis, et totum earum indumentum sit rotundum, et in anteriori, et posteriori parte æque longum ac usque ad pedes protractum.

De indumento monialium.

§. 90. II. Scapulare sit ex eodem panno villosa ejusdem coloris quatuor digitis habitu brevius, et velis superimponatur.

De scapulari.

§. 91. III. Pallium sit ex eodem panno villosa albi coloris æqualiter respondens scapulari, et conficiatur minori qua fieri possit panni supradicti

De pallio.

quantitate, parsimonia servata, et omni superfluitate remota.

De velo.

§. 92. IV. Vela alba sint ex cannabe, vel lino crasso sine rugis.

De tunicellis interioribus, mucillis, cervicalibus, et calceamentis.

§. 93. V. Tunicellae interiores, et mucillina, uti etiam cervicalia, et locus lectuli sint ex stamenia; cum autem infirmantur uti, poterunt lineis. Calcamenta eorum sint sandalia ex cannabe, vel sparto, et in cruribus (honestatis gratia) caligas ex panno villosa, vel stupa, vel alio hujusmodi generis portent.

De lectulis.

§. 94. VI. In lectulis non sint culcitrae, et pro ipsis utantur culcitra stramentitia; experientia enim edocuit hanc etiam pro infirmis sufficere.

Idem ut supra

§. 95. VII. Lectuli autem, nec velo; nec alia re exornentur; urgente autem necessitate, poni poterit de licentia praelatae, aliqua storea ex sparto, vel cortina ex panno villosa, sive aliquid consimile parvi valoris.

Idem ut supra

§. 96. VIII. Unicuique moniali sit lectulus separatus, nec retineant quaecumque tapetia, vel suppedalia, sive pulvinaria, praeter illa, quae necessaria sunt ecclesiae servitio; haec enim supellectiles, non decent moniales.

Idem ut supra

§. 97. IX. In indumento, et lectulis non sit colorum varietas etiam in minimis, nec vestibus utantur panno subsuto; si qua autem infirma majori aegeret praesidio; uti etiam poterit toga ex eodem villosa panno.

De crinis tonsura.

§. 98. X. Moniales crines habeant tonsos, nec frustra tempus in illis pectine deducendis, nec unquam sit eis speculum, nec aliquid aliud voluptuosum, sed in omnibus sui ipsius habeant contemptum: hic peculiaris sit de hisce omnibus mentio, quia respiciunt institutum religionis, et ideo utilia servanda, nec ex relatione quid quid ad nostrum institutum pertinet, et ad quod tenemur, memoria excidat.

## CAP. X.

### De opere, et labore manuum

De labore manuum exercendo.

§. 99. I. Per diligentem moniales nostrae recogitent regulae praecipuum, scilicet oportere, ut laboret, qui vult comedere, prout exequatur divus Paulus apostolus operando opus manuum suarum.

De operibus elegantioribus non faciendis.

§. 100. II. Non conficiant opera elegantia ex auro, vel argento praeterquam necessaria pro earum sacrariis, et labores earum sint simplices; nec ex-

quisita, vel alia similia peragant, quae non sint adeo eximia, ut intellectum earum occupent, et a divina meditatione removeant.

§. 101. III. Monialibus pensum minime statuatur, sed unaquaeque laborare curet, ut victum pro aliis lucratur; illasque hortamur, ut hoc per diligentem agant, considerantes se esse pauperes, et otium spiritus adversari, et si qua monialis in hoc negligens reperiat, praelata illam ad laborandum compellat, et corrigat.

De compellendis monialibus ad laborem.

§. 102. IV. Disponat praelata opera a monialibus conficienda, et cuncta in monasterii utilitatem convertentur.

De operibus faciendis.

§. 103. V. Nullibi sit aula pro communi labore, in quam omnes conveniunt ad laborandum, ne illis insimul congregatis occasio praebatur silentium frangendi.

De exclusione aulae communis ad laborandum.

§. 104. VI. Pertinaciter minime contendat de pretio operum manuum suarum, sed pacifice quidquid pro illis ministratur accipiant; si autem diguoscereent, illud sibi pro merito non persolvi ab hujusmodi operibus se abstineant.

De pretio operum.

## CAP. XI.

### De silentio, et recessu in cellis

§. 105. I. Silentium, absoluto completorio, usque ad primam ex horis canonicis expletam diei sequentis ad praescriptum regulae custodiatur; et hoc per diligentem servetur. Reliquo tempore nequeant moniales ad iovicem cum aliis colloqui, exceptis tantummodo officia habentibus in necessariis; tempore autem silentii tractari nequeat, nisi de re, quae sit necessaria in cella priorissae, et breviter se expediendo.

De silentio.

§. 106. II. Tunc tantummodo priorissa licentiam impartiat pro mutuo colloquio, dum ipsi videatur, quod hujusmodi colloquii causa aliqua ex illis magis magisque amore in Deum accendatur, vel aliud spirituale commodum ei obveniat; hoc autem intelligendum minime est de unico tantum quaesito, vel responso, hoc enim etiam absque ulla licentia fieri potest.

De mutuo colloquio.

§. 107. III. Toto tempore, quo moniales minime se occupant in communitate, vel in monasterii officio, seorsim maneat singulae in propria, vel eremitica cella, quam priorissa ipsis constituet, operantes aliquod opus manuum suarum, excepto die festo, et

De receptione in propria cellula.

hoc pacto, quod regula præcipit, scilicet, quod seorsim singulæ maneat, servabunt.

De vetito ingressu in cellulas aliarum monialium.

§. 108. IV. Nulla monialis cellam alterius ingredi valeat absque prælatae licentia, et ingredienti, si hoc contingat una applicetur disciplina, et unum jejunium, si autem hujusmodi ingressus eveniat noctu, pœna gravis culpæ eidem irrogetur, et eandem pœnam, quæ ab ingredientibus sine licentia cellas aliarum consoriorum incurritur, subibunt etiam illæ, quæ quacumque hora cellam prælatae, ipsa absente, ingrediantur.

CAP. XII.

*De vita humili, communi, et æquali servanda, et de ædificiis.*

De vita humili

§. 109. I. Priorissæ, vel aliis monialibus non superaddatur aliqua prærogativa in nomine, quæ aliquando honoris gratia præmittitur, scilicet *domina, vel domina*, sive alia similis, sed ad invicem verbis humilibus se habeant. Priorissa, et sub priorissa, et illa, quæ priorissæ munere perfuncta est, mater, et vestra reverentia appellentur, et reliquæ moniales soror, et charitas, et idem in scribendo servetur.

Idem ut supra

§. 110. II. Officia tabulæ committantur absque ulla exceptione singulis monialibus; officia vero humilitatis, scilicet verrere, et patinas detergere a prælata æque ac a subditis in communi congregatis absolvantur.

De moniali vestiaria, et obsonatrix.

§. 111. III. Curent enixe monialis vestiaria, et obsonatrix monialibus pari charitate de mandato prælatae, et non aliter, quæ ad victum, et vestitum necessaria sunt, et reliqua omnia comparare.

De priorissa, et aliis monialibus paribus comodis utensibus.

§. 112. IV. Priorissa, et aliæ moniales seniores nullo peculiari comodo gaudeant, sed omnes ad præscriptum regulæ æque habeantur; ratio solummodo sit de necessitate, et ætate, et primo de illa, quam de ista, pluries enim, quæ ætate major est, minori premitur necessitate, idque magna cura ab omnibus generaliter servetur; hoc enim multis de causis decet.

De ædificiis sine elegantia extruendis.

§. 113. V. Non ædificentur eleganter nostrarum monialium monasteria (ecclesia excepta) et construantur secundum ichnographias, quas periti ordinis nostri describent, et non aliter, ac in ædificiis necessitati, et non superfluitati consulatur. Parietes ma-

jori, qua poterit, firmitate, erigantur, et sepimentum sit elevatum, ita ut a terræ superficie novendecim, vel viginti circiter pedibus saltem erigatur. Hortalia sint ampla, ita ut locus non deficiat in quo eremiticæ cellulæ construantur, quo se conferant moniales, ut orationi vacent ad instar sanctorum patrum, quæ cellulæ sepimento minime adhæreant, et nulla fenestra monasterii viæ habeat aspectum, sed tantummodo interioris clausuræ, et cunctæ illæ, quæ hortalitium respiciant, cratibus muniantur.

C A P. XIII.

*De infirmis*

De infirmis.

§. 114. I. Infirmæ magna charitate, et pietate, ac exquisite, juxta paupertatem nostram, omnino curentur; et propterea prælata constituat infirmariam, quæ majori affulgeat charitate ad officii hujus partes explendas, et solerter ipsa curet priorissa, ut potius desit necessarium bene valentibus, quam pietatis officia infirmis, quas debent adire, et solari, reliquæ moniales, quod semper peragant de licentia prælatae, præsertim dum infirmæ sunt ex illis, quæ pertinent ad novitiatum, quas nulla monialis absque prælatae expressa licentia alloquatur.

Idem ut supra

§. 115. II. Curent infirmæ ostendere perfectionem, quam bene valentes lucratae sunt, patienter perferendo infirmitatem, et parum molestiæ, vel importunitatis dando in levibus morbis infirmariæ, eique obediunt, ut tali pacto infirmitas eisdem prodesse possit, et convalescant cum lucro, et sororibus exemplo sint, et laudent Dominum, si necessaria abunde ipsis suppetant, si vero in earum infirmitatibus aliquid ipsis deesset, quo divites abundant, attamen non argentur, hoc enim compertum illis esse debet ab ingressu in religionem vere pauperes dici, quibus majori urgente necessitate, necessarium deficit.

De lineis, et lectulo adhibendo tempore infirmitatis.

§. 116. III. Tempore infirmitatis moniales sindonibus, et cervicalibus lineis, et lectulo cum calcitris utantur, et mundæ ac benigne tractentur.

De necessitatibus detegendis.

§. 117. IV. Teneantur moniales, priorissæ, novitiæ vero magistræ necessitates, quas habeant detegere quoad victum, et vestitum, et numquam aliquo præter ordinarium egeant, licet magna non intercedat necessitas, præmissa tamen oratione ad Dominum, quia plu-

ries mens nostra appetit superflua, et aliquando diabolus quoad se studet timorem afferre, ut a jejucio, et pœnitentia amoveamur.

De sacramen-  
tis infirmis mi-  
nistrandis.

§. 118. V. Ministrentur infirmis in mortis periculo constitutis sacramenta ad præscriptum nostri cœremonialis; quo vero ad modum servandum in ingressu pro hujusmodi ministracione, et quoties ipsis ministrari debeant in locis infirmitatibus quidquid supra dispositum est, observetur.

De discessu  
confessarii  
post decessum  
monialis.

§. 119. VI. Statim ac infirma monialis decesserit, confessarius, responsorio persoluto, discedat, et si noster sit religiosus decenter concomitatus ad suum redeat conventum, si autem inibi conventus non consistat, poterit extra monialium clausuram in sacrario, loquutorio, vel vestibulo, vel in alio simili loco, usque dum dies elucescat, remanere; et prælata curet, ut hoc servetur sub pœna quinque dierum gravis culpæ, et suspensionis per sex menses ab officio, quæ irremissibiliter irrogabitur, et admonitas moniales volumus, quod dum ipsæ tam gravi, et periculoso morbo decumbunt ab obligatione faciem velo obducendi exemptæ censeantur.

#### CAP. XIV.

*De monialibus defunctis, et funere, ac suffragiis pro illis a religiosis persolvendis.*

De sepultura  
monialium de-  
functarum.

§. 120. I. Sepeliantur moniales in loco ad hoc statuto, et officium sepulturæ peragatur juxta ordinis cœremoniale. Nullus autem sæcularis poterit intrare, et deponi intra clausuram absque licentia in scriptis patris nostri generalis.

De humatione  
monialium.

§. 121. II. Ad humandas moniales nostras, si inibi conventus noster consisteret duodecim, et non ultra religiosi ordinis nostri ingredi poterunt, et tantummodo ad explendum sepulturæ officium, et ubi conventus non existat, si inibi reperiantur religiosi nostri ingredi poterunt ad sepeliendam monialem defunctam, et illis deficientibus, moniales advocare poterunt duos religiosos ex conventu propinquiori, qui, comitantibus duobus aliis presbyteris, sepulturæ corpus defunctæ dare poterunt, et si deficient religiosi, ingredientur ad explendum hujusmodi officium presbyter pluviale superindutus, et quatuor alii presbyteri, et non ultra, et in nullo un-

quam casu sæcularis aliquis, exceptis sacrista, et vespillone, ad hujusmodi ministerium ingredientur, sub pœna suspensionis ab officio per sex menses, quoad priorissam, quæ ingressui sæcularium assensum præstaret, quæque admonetur de summo legum rigore clausuræ custodiam jubentium: si autem in reliquis ipsa deficeret, pro qualitate culpæ arbitrio patris provincialis puniatur.

§. 122. III. Pro qualibet moniali in monasterio, ubi ipsa decesserit integrum defunctorum officium in communi persolvatur etiam missa cum cantu, nec non per novem sequentes dies dicatur missa cum cantu, et responsorio; si autem cani nequeat, legatur, et communitas illi adsistat; conversæ vero die funeralis, ac in omnibus sequentibus novem diebus unam rosarii partem recitent. Idemque moniales nostræ pro anima uniuscujusque ex illis celebrare faciant triginta missas consuetas majori, qua fieri possit celeritate, et viginti alias de requiem.

§. 123. IV. Pro unaquaque moniali defuncta in monasteriis monialium ejusdem provinciæ canetur missa cum suo responsorio, et aliæ duæ lectæ, et semel vespere, ac nocturnis in communi recitentur, conversæ autem tres rosarii partes persolvant.

§. 124. V. Pro monialibus aliarum provinciarum, et pro nostris religionis totius ordinis recitabunt vigiliam in communi, et legetur missa cum responsorio (hoc enim pro illis peragitur in conventibus nostrorum religionis) et conversæ triginta vicibus orationem Dominicam, et salutationem angelicam recitabunt.

§. 125. VI. In quolibet monasterio pro patre nostro generali, et definitivis generalibus actualibus, et pro procuratoribus generalibus Romæ, et Hispaniarum, et pro provincialibus præter jam dicta, canenda est missa cum responsorio, et integrum defunctorum officium communitate persolvendum, similiter conventus monialium nostrarum juxta funebria pro summo pontifice, eminentissimo protectore, rege, et regina solemnè ritu persolvant.

§. 126. VII. Qualibet feria secunda, excepto tempore Paschali, et majori hebdomada, et diebus, in quibus occurrit commemoratio defunctorum, Nativitas, dominica, et Corpus Domini, absolutis horis minoribus, ducatur per claustrum, quatenus existat, pro-

De officio recitandis pro defunctis.

De missa canenda pro moniali ejusdem provinciæ.

De orationibus faciendis pro monialibus aliarum provinciarum.

De humatione monialium defunctorum.

De suffragiis pro patre generali, et definitivis generalibus.

De processionibus pro defunctis.



cessio pro defunctis, prout constat in ordinario. Si vero in secunda feria occurreret aliquod festum de præcepto, ecclesiæ processio ad sequentem diem transferatur; deficiente autem claustro, in choro responsoria canantur.

CAP. XV.

*De obligatione, ratione munerum priorissæ, cæterarumque monialium.*

*Priorissa.*

De officio priorissæ.

§. 127. I. Officium priorissæ est curam, et diligentiam adhibere, ut regula, et constitutiones adimpleantur; et summopere zelari, et vigilare super honestate, et clausura monasterii, et inspicere quomodo officia exercentur, utque consulatur necessitatibus tam spiritualibus, quam temporalibus materno amore, cum quo satagat filiarum obedientiam sibi conciliare.

De jurisdictione priorissæ.

§. 128. II. Priorissa constituat ostiariam, et sacrarii ministram, nec non auscultatrices cum consultatione patris provincialis, et cum eadem removeat: sint autem illæ fideles, et omni exceptione majores, et mutantur, ita ut per multum temporis in officiis non permaneant, et sic adhæSIONEM illis non contrahant, et mutationi loco facto, ostiaria in sacrarii ministram immutetur, nec e contra, ut omni seposita occupatione, curent de proprio profectu, si aliter patri provinciali non videatur. Cunctæ reliquæ officiales constituentur pariter a priorissa, exceptis sub priorissa, et clavariis, quæ per secreta suffragia eligi debent.

De progressu monialium priorissæ patefaciendo.

§. 129. III. Omnes moniales semel in mense referant priorissæ quomodo, et quantum profecerint in oratione, et quibus viis omnipotens, et misericors Deus illas ducat. Deus enim ita eas illuminabit, ut eodem opitulante, dirigantur, quatenus bene non incedant; hoc enim facere, humilitatis, et mortificationis est exercitium, et valde proficuum; quo divinum auxilium pro pluribus aliis rebus sibi conciliare mereantur. Ratio autem a monialibus priorissæ, ut supra reddenda ita intelligatur, et peragatur, ut ex earum voluntate procedat, et ex illa aliquem spirituales fructum percipere valeant, potius quam ad id per vim adstrictæ videantur; præcipimus idcirco priorissis, ne ad hoc proprias subditas per multo adigant; hortamur tamen moniales, ut simpliciter, et ve-

raciter omnino propriam spiritum prælati pandant, ob magnum fructum, qui exinde percipitur.

*Subpriorissa*

§. 130. IV. Erit subpriorissæ curare de choro, ut divina officia devote, distincte, et cum pausa recitentur, et canantur, et in hoc magnam adhibeat diligentiam.

De subpriorissa.

§. 131. V. Deficiente priorissa pro ea præerit, semperque in communitatem se conferat, et defectus, erroresque, si qui sint, tam in choro, quam in refectorio, absente tamen priorissa, corripiet, ac ipsa etiam male se habente, capitulum habeat.

Idem ut supra

*Clavariæ*

§. 132. VI. Clavariæ quolibet mense, coram priorissa, ostiarie, vel obsonatrici sumptuarias rationes cognoscere debent, ideoque ad hujusmodi munus illæ ex monialibus assumantur, quæ, saltem duæ, scribere, et calculare calleant.

De clavaria.

§. 133. VII. In rebus gravioribus priorissa clavarias in consilium adhibeat, et earum sententiam exquirat.

Idem ut supra

§. 134. VIII. Sit capsula tribus oclusa clavibus ad custodienda monasterii scripta, et pecuniam existentem, et claves hujusmodi altera penes priorissam, et alia duæ penes clavarias seniores remaneant.

De clavibus capsula in qua monasterii scripta servantur.

§. 135. IX. Non accipiant deposita pecuniæ, gemmarum, vestium, aliarumque rerum, sub pœna quoad prælatam suspensionis ab officio per quatuor menses, quatenus pro admissione hujusmodi rerum claustrum janua fuerit aperienda, si autem depositum sit alterius generis pro qualitate culpæ arbitrio patris provincialis ipsa puniatur.

De depositis non recipiendis.

*Novitiarum magistra*

§. 136. X. Novitiarum magistra, a priorissa, consulto patre provinciali, eligatur, sitque magnæ prudentiæ, orationis, et spiritus, et illa, quæ huic officio præficitur, caveat, ne aliquid negligat, et ne animo sit penitus remisso; agitur enim de instruendis animabus in quibus Dominus inhabitat.

§. 137. Sæpiissime regula, et constitutiones a magistra novitiis perlegantur, illaque easdem edoceat quid sit eis peragendum, et in animi

De magistra novitiarum

De regulis novitiis perlegendis.

motibus coercendis; et cærimonis exequendis, ac magis de interiori, quam de exteriori, sit illi cura.

De ratione accipienda de fructu orationis.

§. 138. XII. Quolibet die rationem a novitiis accipiat de oratione, et de fructu, quem ex illa percipiunt, illasque erudiat quomodo se gerere debeant in meditatione mysterii, cui vacabunt, et quemnam fructum ab illo percipiant, illasque admoneat, quomodo se gerere debeant tempore consolationis, et ariditatis spiritus, et in abnegandis, ac frangendis etiam in minimis propriis desideriis.

De culpis novitiarum tolerandis, et corrigendis.

§. 139. XIII. Pie, ac benigne novitias tractet, et non turbetur, neque admiratione afficiatur pro eorum culpis, quin imo curet paulatim singulas mortificare juxta earum spirituales vires pro mortificationibus hujusmodi sustinendis, intelligatque magistra plus referre, interiores acquirere virtutes, quam exterius multam penitentiam agere.

De quotidiana novitiarum redditione rationum.

§. 140. XIV. Novitiæ quolibet die ingenue, et fideliter omnino rationem reddant magistræ de oratione, et tentationibus, ut melius eas regere valeat, hasque admonitas volumus, in hoc proprii profectus, et consolationis maximam partem consistere.

De declaratione quoad munus magistræ novitiarum.

§. 141. XV. Si viderit prælata nullam ex monialibus idoneam esse, ut muneri magistræ novitiarum præficiatur, munus hujusmodi ipsamet suscipiat, et libenter in re adeo gravi hoc opus assumat, præcipiatque alicui ex sororibus, ut in hoc ipsi præsto sit.

#### Sacrarii ministra

De ministra sacrarii.

§. 142. XVI. Muneris est sacrarii ministræ omnia ad ecclesiam spectantia custodire, animadvertendo, quod inibi Domino solertissime, atque concinne omnino inservitur.

De ordine servando in accedendo ad confessiones explendas.

§. 143. XVII. Curet etiam, ut moniales ad locum pro confessionibus explendis ordinatim, non jam permixte accedant, et dum duæ propria fatentur peccata, aliæ duæ expectent, vel una, quatenus unus sit confessarius, et ita se conforment confitendo duobus religiosis, qui ad hoc venient, ne uni tantum sint molestæ, curentque ita se accommodare, ut insimul, si possibile sit, confessarii proprium munus expleant.

De rota sacrarii.

§. 144. XVIII. Per sacrarii rotam nil agatur, nec introducatur, vel extrahatur aliquid præter sacras supel-

lectiles, nec nuncium aliquid referatur, nec epistolæ ab intus, vel extra sub pœna gravis culpæ, quoad illam, quæ id perageret, vel huic assentiretur, et sacrarii ministra cum aliqua persona varios sermones minime habeat, excepta unica tantum petitione, ac responsione.

De fenestra communionis.

§. 145. XIX. Fenestra sanctæ communionis non aperiatur, nisi quando moniales sacram sumunt synaxim, illisque velum, cineres, palmæ, ac candelæ in die Purificationis distribuuntur, et non aliter, et hoc mandamus sub pœna privationis ab officio quoad prælatam illi irremissibiliter irroganda, et clavis ejusdem fenestræ semper ab eadem, non autem a sacrariæ ministra, vel alia persona custodiatur.

De arca paraventorum.

§. 146. XX. Ad porrigenda ornamenta, frontalia, vel alia id genus nullimode sit arca parieti incorporata, quæ intra, et extra monasterium trahi possit, et si quæ sint, statim removeantur, et hæc omnia per rotam, quatenus istarum rerum capax sit, immittantur.

#### Rotæ ministra, et depositaria

De ministra rotæ.

§. 147. XXI. Ad rotæ ministræ officium pertinet recipere, et referre inibi necessarios nuncios: loquatur autem submissa voce, paucisque, et ædificantibus se expediat verbis. Ad hoc ut monialis præfici possit rotæ, octo saltem annos, et rotæ ejusdem subministra quatuor a professione annos enumerare respective debeant, et prohibemus, ne consanguinæ, vel affines priorissæ usque ad secundum inclusive gradum rotæ uti ministræ, et subministræ præficiantur.

De custodia rotæ.

§. 148. XXII. Non sinat sororem aliquam absque prælatæ licentia ad rotam accedere, et si qua de ejus licentia se conferat ad loquitorium, ut inibi sermonem habeat, priusquam ingrediatur, alteram ex auscultatricibus admoneat, ut inibi adsit.

De denunciationibus priorissæ faciendis

§. 149. XXIII. Solertissime caveat nulli, sed tantummodo priorissæ de eo, quod in rota fuerit pertractatum, neque monialibus referre, quidquid novi inibi resciverit.

De literis non tradendis sine licentia.

§. 150. XXIV. Nec intra, neque extra monasterium literas, epistolas, vel nuncios sub pœna gravis culpæ tradat, et referat absque licentia prælatæ, quæ literas perlustrabit, et integre perleget sub eadem pœna, exceptis illis prælatorum superiorum, scilicet

patris nostri generalis, omnium generalium definitorum, et propriae provinciae moderatoris; quas quin eas aperiat, statim ac acceperit, tradet moniali, ad quam missae sunt, sub poena suspensionis ab officio per mensem.

Declusura  
rotae.

§. 151. XXV. Ab examine conscientiae ante prandiam rota claudatur; et usque ad vespas minime aperiat; nisi pro cibo subministrando famulis, et pauperibus elemosyna, et etiam diebus, in quibus confessarii debent accedere ad monialium sacramentalem confessionem excipiendam. Claudatur etiam paulo ante communionem communiter sumendam, et quando spiritualis collatio habenda sit.

Derebus comparandis pro necessitatibus monasterii.

§. 152. XXVI. Pertinet etiam ad rotae ministram providere quidquid pro monasterii necessitatibus sit comparandum, si Dominus dederit, unde hoc ematur. In huiusmodi autem parte explenda diligentissime se gerat, emendo, et providendo quidquid pro communitate disponere eadem praelata putaret necessarium, et absque expressa illius licentia, nil etiam in elemosynam detur, curetque sumptus, et introitum adnotare, et dum emit, non contendant, sed semel, aut iterum responso dato, rem comparandam emat, vel relinquat.

CAP. XVI.

*De capitulo conventuali, et de culpis, quae post coenam, aut refectiunculam, auscultantur.*

De capitulo conventuali.

§. 153. I. Capitulum conventuale semel in hebdomada habeatur ad regulae praescriptum, scilicet dominica, vel alia die, et plerumque de mane orationis tempore: et ejusmodi capitulo, quae illi praecrit, maxima charitate sororum culpas corrigit.

De lectione regulae.

§. 154. II. Dato igitur signo, omnibusque in capitulo congregatis, dicatur *Veni sancte Spiritus*, et a priorissa, vel ab illa, quae praerit, dato pariter signo, monialis lectioni destinata, dicet = *Jube Domine benedicere* = et illa, quae praest respondet = *Regularibus disciplinis nos instruere dignetur magister coelestis* = et omnes dicant = *Amen*. Inde dicat = *In Nomine Domini Nostri Jesu Christi. Amen* = et perlegatur aliquid regulae, vel istarum constitutionum, et statim ac signum ipsi detur. lectioni finem imponet, dicendo, *Tu autem Domine miserere nobis*, et omnes respondebut, *Deo gratias*. Quatenus expediens sibi videatur, super Bull. Rom. Tom. VII.

riorissa, aliquo modo moniales ad virtutem breviter hortabitur, et huiusmodi hortatio respondeat lectioni, vel correctioni ab ipsa peragenda, et prinsquam incobet, dicat, *Benedicite*, et omnes respondeant, *Dominus*, et continuo genua submittant, et ita permanent usque dum, dato ipsis signo, surgant, et assideant.

De confessione culparum.

§. 155. III. Absoluta collocatione, et ab illa, quae praest, signo dato, si adfuerint novitiae, prodeant ad dicendas proprias culpas, et in medio capituli bino ordine flectant, et signo eis dato, surgant, et profunde inclinatis, antiquior dicat, *reverenda mater, de omnibus culpis, quas admisimus, vel quas admisi* (si una tantum adesset) *in choro, claustro, refectorio, dormitorio, et alibi, petimus a Deo, vel pelo veniam, et a reverentia vestra correctionem, cum charitate*. Hinc genuflectat, et quae praest zelatrici iungat, quod in propatulo ponat culpas, quas in illis inspexerit, illaque, cui impingitur culpa se prosternet usque dum signum eis detur. Completa zelatrici relatione, reliquae moniales habentes vocem in capitulo, jubente superiorissa, ipsas commonebunt de culpis, si quae sint, eisdemque correctis osculentur scapulare monialis, quae praesidis munere fungitur, et discedant, et hanc ipsam sequentur methodum ceterae moniales, quae prodirent ad dicendas proprias culpas, quae autem inculcata remaneat ex se poterit in medium proferre, quas habeat culpas.

Idem ut supra

§. 156. IV. Post novitias prodibunt statim conversae, et servato supraprelato ordine, antiquior dicet, *reverenda mater* et expleatur quidquid in praecedenti numero praescribitur, et deinde exhibunt a capitulo.

Idem ut supra

§. 157. V. Deinde cunctae moniales choro addictae, et professae conjunctim se conferent in medium capituli, et subpriorissa (vel ipsa minime existente) antiquior inter illas, forma supraprelata, culpam dicat, et assideant. Si vero adessent aliquae vocem in capitulo minime habentes, genibus submittis proprias proferent culpas, et confestim zelatrix admonet quidquid ipsi innotescat, et post illam ceterae, correctisque earum culpis supradicta methodo, et osculato scapulare monialis praesidis munere fungentis, egredientur.

§. 158. VI. Hoc peracto, moniales chorales capitulares binae prodibunt, suasque dicent culpas, cumque

Idem ut supra

de his eas admonuerit zelatrix, et reliquæ moniales, et culpis hujusmodi correctis, assideant, præmisso tamen osculo scapularis monialis, quæ præest.

De observan-  
tia regularis  
reformatione.

§. 159. VII. Agatur inde de eo, quod majorem observantiæ regularis reformationem respicit, et si qua novitia approbanda, vel recipienda foret, vel aliquid aliud a capitulo conficiendum, inibi de hoc sermo instituatur, et ad scrutinium deveniatur, et prius quam aliqua adloquatur, petat veniam dicendo, *Benedicite*. Ad quodcumque vero negotium a communitate, et per secreta suffragia pertractandum fiat prævia propositio per tres dies naturales.

De silentio  
servando.

§. 160. VIII. Tempore capituli moniales non loquantur, nisi ut referant ingenue proprias, et sororum culpas, vel ut respondeant interrogationibus monialis, quæ præest.

De muneribus  
per zelatrices  
explendis.

§. 161. IX. Zelatrices muneribus sibi concreditis diligenter quam maxime fungantur, illaque exercent in multa charitate, prudentia, et zelo pro bono, et emendatione sororis, et tam illa, quam cæteræ admoneant culpas ingenue, et aperte absque ponderatione, vel diminutione, sed prout revera sunt, ac simul, et semel alicui plures conjunctim culpas maxime impingant.

De redargu-  
tionibus sine  
excusatione  
recipiendis.

§. 162. X. Quæ redarguta fuerit non respondeat pro se, neque se, neque aliam excuset, nisi id ei præcipiatur, et tunc primo dicat humiliter *Benedicite*, si autem aliquid diceret aliquo modo impatienter, gravius puniatur pro discretionem monialis, quæ præest, et si opus fuerit castigatio ad tempus, in quo passio jam sit sedata, differatur.

De criminatis

§. 163. XI. Caveat criminata, ne aliam accuset ex sola suspitione culpæ in illa; et si secus se gesserit, pœna debita culpæ alterius ab ea accusatæ eidem irrogetur. Hoc idem servabitur contra illam, quæ alteri culpam objectet, pro qua jam satisfactionem expleverit, graviusque puniatur, quæ falso sororem de aliquo accusaret, et ad famæ redintegrationem, in quantum fieri possit, itidem teneatur.

De denuncia-  
tionibus etiam  
extra capitulum  
faciendis.

§. 164. XII. Ne defectus, et culpæ ullimode occultentur, liberum etiam erit monialibus extra dictum capitulum, servata tamen lege fraternæ correctionis, priorissæ, vel prælatæ quidquid ipsæ viderint, et audiverint denunciare.

De correctio-  
ne culparum.

§. 165. XIII. Prælatæ, vel priorissa zelo charitatis, et amore justitiæ, ac

absque simulatione illas corripiat culpas, quæ clare fuerint inspectæ, vel monialibus fuerint impictæ, sive quas eadem ipsæ confessæ fuerint, dummodo illæ non sint de reservatis superiori.

§. 166. XIV. Poterit prælatæ mitigare, vel minuere pœnam debitam pro culpa sine malitia admissa; quo vero ad illas, quas reperiret ex malitia, vel vitiosa consuetudine delinquere (quatenus culpæ hujusmodi suæ subsint jurisdictioni) præteritis graviore pœnas, et pœnitentias superaddat. Illæ autem, quæ leves solent admittere defectus majoribus premantur pœnis, et generaliter omnibus illis, quæ ex consuetudine deficerent, pœnæ, quas pro culpis merentur, adaugeantur. Pœnæ autem, vel pœnitentiæ a priorissa pro culpis infligendæ sint graviore, vel leviores, juxta culparum hujusmodi qualitatem, et quoad hoc poterit cum discretionem, et charitate arbitrari, prout æquum erit.

De mitigatio-  
ne pœnarum.

§. 167. XV. Caveant moniales, ne quomodolibet pandant, sive divulgent secreta capituli, et quidquid in illo prælatæ castigaverit, vel decreverit, nullimode extra illud per modum obtreptionis reassument; exinde enim dissidia oriuntur, monasterii pax perturbatur, exurgunt partes, et prælatarum officium usurpatur.

De secretis  
capituli non  
divulgandis.

§. 168. XVI. Nulla monialis aliam de culpis arguere præsumat, quatenus culpæ gravitas id non exigat; si vero sit occulta, tunc sola benigne errantem commoneat; si autem admonita, servata lege fraternæ correctionis non resipisceret, dicat priorissæ, non autem alteri moniali; si vero culpa adversaretur communi religionis bono, et valde esset illi noxia, confestim de illa superior certior fiat, ne aliquod notabile damnum desuper oriatur; et cum non deficiunt zelatrices, quæ aliarum culpas, et defectus non inspiciant, curam hujusmodi deponant, quæque viderint, prætermittant; currentque solum proprias culpas, et defectus corrigere.

De culpis oc-  
cultis.

§. 169. XVII. Magnopere caveant moniales semetipsas excusare, nisi necessitas id exigat, vel a prælatæ interrogentur, tali enim pacto in humilitate valde proficient.

De excusatio-  
nibus vitandis

§. 170. XVIII. Absoluto capitulo conventuali, commemoratio pro benefactoribus, et defunctis agatur, prout in fine harum constitutionum adnotabitur.

De commemo-  
ratione pro  
benefactoribus

De denuncia-  
tione eleemo-  
synarum.

§. 171. XIX. Post cœnam, vel re-  
fectiunculam ostiaria eleemosynas illa  
die acceptas denuntiet.

De denuncia-  
tionibus a ze-  
latrixibus fa-  
ciendis.

§. 172. XX. Singulis diebus so-  
lemnioribus exceptis, zelatrix advertat  
quos in unaquaque inspexerit defectus  
et reliquæ moniales, si vellent, exple-  
ta tamen denunciatione zelatrixis, ob-  
jectare eas sibi poterunt, et illa, cui  
culpa inferatur, confestim se prostret,  
neque surgat, nisi signum datur ab ea,  
quæ præest, et hæc breviter, et beni-  
gæ illas corriget, illique pro modo  
culpæ pœnitentiam imponet, et har-  
um culparum denunciatio a priorissa,  
sive vicaria, et a subpriorissa, prout  
jam dictum est, solummodo exci-  
piatur.

Monitum ad  
prælatas.

§. 173. XXI. Prælatas hortamur,  
ut servant laudabilem, quæ semper in  
ordine nostro viguit consuetudinem, ap-  
plicandi disciplinas monialibus tam in  
capitulo, quam in refectorio, etiam  
pro culpis parvi momenti, ad hoc, ut  
humilitas servetur.

### CAP. XVII.

#### *De levi culpa, ac de poena pro ipsa infligenda.*

De culpis, et  
poenis.

§. 174. I. Cum sit moraliter im-  
possibile, quod in communitatibus,  
quantumvis reformatis, et optimis le-  
gibus rectis, non irrepant nonnullæ  
transgressiones, et defectus, quoad ob-  
servantiam earundem legum, hinc,  
ut sustineatur, et vigeat disciplina re-  
gularis non solum necessario requirun-  
tur salutaria prælatorum monita, sed  
et redargutiones, et pœnæ, quia, prout  
asserit divus Bernardus: deficientia ea-  
stigationis, et punitionis solet esse filia  
negligentiæ, insolentiæ mater, et legum  
transgressionum nutrix; oportet igitur  
statuere, et decernere aliquas pœnas pro  
modo culpæ monialibus deficientibus  
in salutarem suorum defectuum pœni-  
tentiam irrogandas.

De culpa le-  
viori.

§. 175. II. Est levior culpa, si signo  
dato aliqua monialis cunctaretur se con-  
ferre ad chorum dispositam, et compo-  
sitam, si vero ingrederetur, incohato of-  
ficio, sive legeret, vel caneret male, et  
si erraret, nec continuo submisso ani-  
mo in genua provoluta coram omnibus  
terram oscularetur.

Idem ut supra.

§. 176. III. Si priusquam expleat  
lectionem, illam non percurrerit, et si  
cui ex negligentia breviarium, cum quo  
officium recitare valeat, in choro desit,

et si qua inibi rideret, et ad risum  
cœteras moveret.

§. 177. IV. Si qua vero venit ad Idem ut supra.  
divina officia, vel ad opus manuum,  
et ad reliquos communitatis actus, et  
non exequeretur, prout juris est, pro-  
strationes, inclinationes, et alias cœre-  
monias, vel constreperet in choro, dor-  
mitorio, et cella, et cœteris in hoc  
molæsta esset.

§. 178. V. Si qua otiosa verba pro- Idem ut supra  
ferret, et negligenter tractaret, sive  
frangeret, vel deperderet aliquid ex iis,  
quæ servitium, et usum monasterii re-  
spiciunt, vel ederet, sive biberet sine  
licentia.

§. 179. VI. Se accusantibus de hisce Idem ut supra  
vel similibus culpis imponatur pœni-  
tentia alicujus precis, vel precum pro  
modo culparum, vel alicujus operis  
humilis, vel silentii peculiaris ob  
transgressionem silentii ordinis, vel ab-  
stinentiæ ab aliquo cibo.

### CAP. XVIII.

#### *De culpa media, et poena pro ipsa statuenda.*

§. 180. I. Culpa media est, si qua De culpa me-  
dia.  
ad chorum non accessisset, dicto pri-  
mo psalmo, et cum tam sero venit,  
in genua provolvatur, et sic remaneat  
usquedum illa, quæ præsidis munere  
fangitur, ei præceperit surgere, prout  
superius dictum est.

§. 181. II. Si qua præsumeret canere, Idem ut supra  
vel legere præter consuetudinem: si osten-  
deret levitatem animi, oculos in choro  
elevando, et divino officio non atten-  
dendo, vel si parum reverenter altaris  
ornamenta contrectaret.

§. 182. III. Si qua non se conferat Idem ut supra  
ad capitulum, vel concionem, vel opus  
manuum, vel non intersit in refecto-  
rio primæ mensæ, vel si consulto exe-  
qui ommitteret, quod præcipitur peragi  
in communi, vel si reperiretur negli-  
gens in munere sibi concredito, vel si  
loquatur sine licentia in capitulo, vel  
choro.

§. 183. IV. Si qua accusata se ex- Idem ut supra  
cusaret, et si præsumeret aliam accu-  
sare de eadem culpa, de qua ipsa fuit  
accusata eodem die, vel si pertinaciter  
cum alia contenderet, sive aliquid  
preferret, quod non ædificationis cœte-  
ris monialibus foret.

§. 184. V. Suprarelatæ culpæ, vel Decorectione  
dictarum cul-  
parum.  
aliæ hujus generis corriguntur in capi-  
tulo, vel refectorio, applicata per vica-

riam illi, quæ defecerit, disciplina. Animadvertendum hic est, quod disciplinæ, quæ imponuntur ad correctionem, propriis manibus a priorissa, vel subpriorissa applicari debent.

## CAP. XIX.

*De culpa gravi, et poena pro ipsa imponenda.*

De culpa gravi.

§. 185. I. Culpa gravis est si qua reperitur injurias, et contumelias, vel redargutiones, sive verba indecora, et minus religiosa, vel irata proferre, si consulto mentiatur.

Idem ut supra.

§. 186. II. Si qua objectaret alteri præteritam culpam, et jam satisfactam vel naturales defectus ejusdem, vel parentum.

Idem ut supra.

§. 187. III. Si defæderet proprias, vel alienas culpas, si detegeret actus occultos monasterii, si soleret silentium perfringere, si ordinis jejunia sine causa, et licentia violaret.

Idem ut supra.

§. 188. IV. Si denegaret veniam, quam petit illa; a qua injuria affecta est, vel cum illa non loquatur.

Idem ut supra.

§. 189. V. Si acciperet aliquid alterius monialis, vel communitatis sine licentia, vel commutaret cellam, sive indumenta sibi pro usu concessa.

Idem ut supra.

§. 190. VI. Si qua se conferat ad rotam, vel loquatorium, adstantibus inibi sæcularibus, sine licentia priorissæ, vel si absque eadem licentia noctis tempore alterius cellam ingrederetur.

Idem ut supra.

§. 191. VII. Si aliam iracundè mīnetur, vel si manum, sive aliquid aliud elevetur ad illam vulnerandam, poena gravis culpæ dupliciter puniatur.

Idem ut supra.

§. 192. VIII. Si qua juraret, vel (quod gravius est) jurare soleret.

De poenis intelligendis pro dictis culpis.

§. 193. IX. Illæ, quæ veniam peterent pro istis culpis, vel aliis hujus generis, quin de illis fuerint accusatæ, in capitulo corripiantur, et mortificationem extraordinariam peragant in refectorio; illis autem, quæ fuerint accusatæ, superaddatur jejunium diei in pane, et aqua.

## CAP. XX.

*De graviori culpa, et poena pro ipsa infligenda.*

De culpis gravioribus.

§. 194. I. Culpa gravior est, si qua auderet contendere inurbane, vel aliquid inofficiosi dicere priorissæ, vel illi, quæ præsidis munere fungitur, si perjuraret, si consulto alias vulneraret, et hæc

monialis ob hujusmodi casum incurrit sententiam excommunicationis majoris latæ sententiæ, et ab omnibus est evitanda.

§. 195. II. Si qua superseminaret dissidia inter moniales, vel soleret male loqui de absentibus, vel alicui detraxere in re gravi: si absque licentia priorissæ, et sine auscultatrice, quæ sit testis, et clare eam audiat, præsumeret sermonem habere cum extraneis.

§. 196. III. Si qua convicta fuerit de contraventione alicujus præcepti formalis a superiore eidem singulariter, vel omnibus generaliter facti, vel de alicujus jejunii ecclesiastici fractura.

§. 197. IV. Quæ accusata, vel convicta fuerint de istis, vel aliis hujus generis culpis, humiliter confestim in genoa provoluta veniam petat, et humeris denudatis sustineat, uti poenam suis culpis condignam, disciplinæ applicationem superiorissæ arbitrio duraturam, cumque ei præcipiatur surgere, se conferat ad cellam, quæ ipsi destinabitur, et nulla monialis cum illa loqui, nec ad eam aliquid mittere audeat, ut tali pacto se esse a monasterio segregatam, et unione consororum orbatam dignoscat. Durante autem hac poenitentia, sacram non sumat synaxim, nec ad aliquod officium assumatur, nec ulla illi obedientia committatur, nec aliquid illi præcipiatur, quinimo munere antea sibi concredito prioretur, et vocem, et locum non habeat in capitulo, sed inibi proprias culpas solummodo dicat, et novissimum occupet locum inter cæteras, usque dum satisfactionem integraliter expleverit. Mensæ cum aliis non assideat, sed in medio refectorii absque velo, et scapulare in terra nulla suppellectili instructa panem, et aquam sumat, et nihil aliud, dummodo aliquid misericorditer ei non præbeatur a superiorissa, quæ quantum in ipsa est, benigno illam prosequatur favore, et aliquam consorem pro ejus levamine ad illam mittat, et quatenus veram cordis humilitatem ostenderit, ejus bono proposito coadjuvent, et cunctæ moniales omnem illi præstent favorem, neque recuset priorissa erga illam misericordia uti, citius, vel serius, plus minusve, prout quantitas, et qualitas criminis, ejusque resipiscentia, et humilitas exegerit.

§. 198. V. Si qua manifestè concitaretur contra superiorissam, vel proprios superiores, vel si moliretur, aut

Idem ut supra.

Idem ut supra.

De poenis pro dictis culpis intelligendis.

Idem ut supra.

Idem ut supra.

Idem ut supra.

aliquid illicite exequeretur contra illos, supradictam pœnitentiam agat quadraginta diebus, et voce, et loco in capitulo, ac quocumque munere, quo fungebatur, privata remaneat. Si autem in hujusmodi conspiratione, vel malitiosa unione se immiscerent aliquomodo sæculares in dedecus, infamiam, vel detrimentum monialium, vel monasterii, quæ culpam hanc admitterent, in carcerem conijciantur, et inibi pro ratione scandali gravitatis detineantur. Si vero hac de causa orientur, et concitentur in monasterio partes, vel factiones, tam illæ, quæ eas substinent, quam quæ eisdem favore præbent, puniantur pœna excommunicationis, et in carceribus arbitrio patris provincialis detineantur.

Idem ut supra

§. 199. VI. Si qua studeret impedire quietem, et pacem consororum vel culparum correctionem, allegando contra superiores, illos procedere odio, sive favore, vel similibus pari pœna puniatur æque ac conspirantes, sive conjurantes adversus priorissam, prout supra statutum est.

Idem ut supra

§. 200. Si qua auderet scribere, vel accipere aliquas literas absque licentia priorissæ, ex quibus scandalum, vel notabile damnum oriretur, sive mitteret aliquid æstimabile ad personam extraneam, vel præsumeret detinere, vel sibi appropriare quidquid extranei ipsi dederint, uti etiam si ob excessum alicujus monialis aliqua persona sæcularis scandalum pateretur, ultra pœnam pro graviori culpa præfinitam, genus submissis remaneat in janua chori, dum traissent singulæ moniales tempore horarum canonicarum, et gratiarum actionis post mensam.

De poenis contra ferentes falsum testimonium.

§. 201. VIII. Si qua coram priorissa convicta fuerit se præbuisse falsum testimonium, vel soleret aliis monialibus infamiam inurere, pœnitentiam agat tempore mensæ absque pallio, superinduta sacco, in quo nonnullæ sicut lingue panis vari coloris, et in medio refectorii, in terra sumat panem, et aquam ad hoc, ut inspicere possit, ipsam ob grande vitium lingue hujusmodi pœna affici, et exinde ad carcerem ducatur, a qua nemo poterit eam dimittere, nisi pater provincialis, cui hujus pœnæ applicatio pertineat.

Idem ut supra

CAP. XXI.

De culpa gravissima, ac pœna pro ipsa infligenda

§. 202. I. Incorregibilitas monialis, quæ non timeat culpas patrare, nec pœnitentiam pro illis debitam persolvere quærat gravissima est culpa.

De incorregibilitate.

§. 203. II. Si qua monialis in apostasiam incideret, sive a limitibus monasterii discederet, ex hoc pœnam ipsa incurrat excommunicationis majoris lætæ sententiæ, et reliquas alias censuras, et pœnas a decretis sacri concilii Tridentini, et a constitutionibus apostolicis summorum pontificum contra hujusmodi delinquentes comminatas. Quamobrem declarari ipsa debet, illas incurrisse, et cogi, ac graviter puniri, prout declarari, cogi, et puniri præcipitur.

De apostasia, et ejus pœna

§. 204. III. Gravissima pariter culpa esset, si qua non obbediret, et manifeste, et continua rebellione perseveraret, non parendo præceptis a superioribus ipsi specialiter, vel cunctis generaliter factis.

De aliis gravissimis culpis.

§. 205. IV. Si qua (Deus autem, qui est fortitudo omnium in ipso sperantium, hoc avertat) impuditiæ peccatum admitteret.

Idem ut supra

§. 206. V. Si qua esset proprietaria, et hujusmodi proprietatem declararet: si vero in ejus obitu dignoscetur ipsam esse proprietariam, eidem ecclesiastica sepultura minime concedatur.

Idem ut supra

§. 207. VI. Si qua violentas manus injiceret in superiorissam, vel etiam in consororem cum gravi tamen læsione, vel dedecore.

Idem ut supra

§. 208. VII. Si qua quomodolibet detegeret extraneis aliquod crimen alicujus consororis, vel universi monasterii, ex quo infamia eidem possit iniri.

Idem ut supra.

§. 209. VIII. Si qua sibi, vel cui libet alteri personæ compararet aliquid, quod ambitionem sapiat, vel munera, sive aliquid aliud constitutionibus ordinis contrarium, hujusmodi moniales in carcerem detrudantur, et inibi detineantur in jejuniis, et abstinentia plus, vel minus pro equalitate culpæ, et secundum priorissam, vel prælati prudentiam, reliquæ autem consores sub pœna rebellionis, jubente priorissa, hujusmodi reas in carcerem detrudere teneantur, et nulla, excepta illa, quæ custodis munere perfungitur, sub eadem pœna monialium in carcere detentur.

Idem ut supra

tam alloquatur, nec illi aliquid mitat: curet tamen priorissa moniales quavis de causa in carcere detentas vel perse, vel per aliam consororem quolibet ferme die visitare, consolari, easque charitatis actibus prosequi. Si vero captiva carcerem dirumperet, et fugam arriperet, consoror illius custodia constituta, vel quæ hujusmodi fugæ causam dederit, quatenus de hoc convincantur, in eundem conijciantur carcerem pro qualitate criminum reæ, quæ perfugit.

De carcere pro  
reis.

§. 210. IX. In quolibet monasterio sit carcer constitutus, ubi reatuto, et competenter clausæ remaneant.

De dimissione  
carceratarum.

§. 211. X. Quæ ob hujusmodi scandalosas culpas in carcere detineantur, dimitti nequeant, nisi a prælato, ad quem juxta hasce constitutiones, cognitio causæ pertinet.

De detensione  
in carcerem.

§. 212. XI. Monialis apostata, quæque impudicitæ peccatum, vel aliud quodcumque crimen, quod in sæculo pœna ultimi supplicii punitur, patret, et illæ, quæ humiliter agnoscere nollent proprias culpas, et ad frugem corrigi nequeunt, in carcerem conijciantur, et nunquam dimittantur, nisi clare appareat, et apprime earum respicientia, et correctio comprobata remaneat, ita ut precibus, et intercessione omnium consororum e custodia a prælato superiore educi mereantur.

De privatione  
vocis activæ,  
et passivæ.

§. 213. XII. Quælibet, quæ in hoc carcere ob crimina in præcedenti numero expressa detineatur pro certo habeat oportet privationis vocis activæ, et passivæ, ac etiam loci, et cujuscunque legitimi actus, et muneris monasterii penam perpetuo incurrisse. Quamobrem licet e carcere educta ad omnia supradicta redintegrata minime censeatur, nisi hoc ei post longam emendationis experientiam generalem definitivum impartiat beneficium, et quavis loco redintegretur, ad habendam vocem in capitulo redintegrata non habeatur, et quatenus vocis activæ gratiam consequeretur intelligendum non est etiam passivam vocem fuisse assecutam, nisi hoc expressa; et specificè eidem efargiatur. Rea autem, quæ in similia inciderit, nunquam habilitari valeat, et præficiatur alicui muneri, vel in ausculatricem in loquutorio alibi constituatur.

De depositione  
superioris.

§. 214. XIII. Si superiorissa (quod Deus avertat) in aliquam ex culpis sub numero undecimo hujus capituli contentis incideret, continuo ab officio deponatur, et deinde graviter puniatur.

## CAP. XXII.

*Quomodo imponi debeant præcepta, et censure, et quænam ab hujusmodi constitutionibus obligatio inducatur.*

§. 415. I. Prohibemus prælatis, et superioribus monialium, ne præceptis, et mandatis sæpe sæpius excommunicationis sententias, vel pœnas superaddant, licet agatur de rebus a peccato minime disjunctis, quinimo pœnas privationis vocis activæ, et passivæ, et alias hujus generis irrogent, ne quod excogitatum est pro medela, in animum majores laqueos, scrupula, et perturbationes inducat, dummodo fortasse causa adeo gravis non sit, ut necessario expedire videatur impositio pœnæ censure, vel excommunicationis (super quo superiorum conscientia onerata remaneat) ac etiam in hoc eventu pœna excommunicationis latæ sententiæ non infligatur, nisi res prius accurate fuerit perpensa.

De censuris.

§. 216. II. Declaramus primitivam nostram regulam, neque fratres nostros, neque moniales sub gravi culpa, sed sub veniali tantummodo obligare: item declaramus hasce nostras constitutiones, præcepta, et mandata a supradictis superioribus pro tempore universæ communitatis, sive aliquibus monialibus imponenda, nec in lethali, nec sub veniali peccati vinculo obligare, dummodo talis non sit natura rei, vel si aliquid non fiat in spreum harum constitutionum, sive prælatorum, vel superior aliquid non injungeret in scriptis in virtute Spiritus Sancti, sanctæ obedientiæ, et sub præcepto, exceptis præceptis, quæ a visitatoribus tempore visitationis imponuntur, hæc enim verbaliter tantummodo imposita obligationem inducunt.

De obligatione  
a regulis manente.

quæ in nobis

§. 217. III. Mandamus, ut in omnibus, quæ regimen, et gubernium, vel culpas, sive pœnas, vel alia hujus generis in hisce constitutionibus minime contenta respiciunt, moniales nostræ servent generales constitutiones nostræ congregationis in quantum hisce constitutionibus non adversantur.

De constitutionibus  
generalibus servan-  
dis.

§. 218. IV. Volumus præferre, quod in cunctis rebus respicientibus officia, et divini cultus cæremonias, in hisce constitutionibus minime dispositis, moniales sequantur omnino proprium manuale, et cæremoniale in quantum hisce non adversetur constitutionibus; hoc novitiæ perdiligenter, et majori, quo fieri possit, studio edo-

Idem ut supra



ceantur, ad hoc ut tali pacto quoad cæremonias communes, et methodum in cunctis earum communitatibus uniformitas servetur; hoc autem perpendant patres provinciales, in visitationibus defectus, si qui in hoc irrepserint, corrigendo.

De exemplaribus quolibet in monasterio servandis.

§. 219. V. In monasteriis monialium sint plura exemplaria harum constitutionum, et legantur in refectorio, et capitulo, prout est præscriptum, et quælibet monialis pluries illas perlegat, ut melius memoria ab ipsa teneantur, et serventur; magna enim utilitas eis ab hoc est profutura.

De visitatione monialium.

§. 220. VI. Ad hoc ut patres provinciales, et visitatores cum majori prudentia, et circumspectione in monialium nostrarum visitationibus, se gerant, volumus, quod tempore hujus visitationum per diligentem inspiciant tractatum de visitatione a beata matre nostra Theresia conscriptum, ejusque methodum in visitatione sequantur, enixe commendando, quod in dicto tractatu injungitur, et bene perpendendo, an observetur, et quidquid in contrarium fiat corrigendo.

De pœnis a priorissa infligendis.

§. 221. VII. Declaramus ad priorissam pertinere judicium ferre, et pœnas infligere pro levi, media, et gravi culpa, judicium autem gravioris culpæ, et gravissimæ, ac pœnas pro ipsis imponere ad definitorium generale spectare, et ad præcidendam occasionem confusionis in nostris monialibus ob multiplicatam, et varietatem legum, constitutionum, et actuum, revocamus, annullamus, et abrogamus omnes, et quascumque leges, constitutiones, et acta, sive decreta quoad eas emanata tum in capitulis, cum in præteritis generalibus definitoriis, quæ omnia nullius sint roboris, et valoris, exceptis præsentibus hisce constitutionibus, quas volumus ipsæ servent, et ad illarum tramites se regant, et gubernent.

Confirmatio apostolica.

§. 222. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præinsertas constitutiones, omniaque in eis contenta auctoritate apostolica tenore præsentium con-

firmamus, et approbamus, illisque inviolabilis firmitatis robur adiicimus, ac omnes, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenire, seu intervenisse dici, vel censerì possit, vel poterit in futurum supplemus, et sanamus.

§. 223. Decernentes has præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 224. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis, et congregationis prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die duodecima maii millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo secundo.

Derogatio contrariorum.

Dat. Romae  
19. maii  
1786  
anno XII.

DIC.

Impositio taxæ favore nosocomii ex-  
positorum civitatis Viterbiensis.

Pius PP. VI.

Motu-proprio etc.

Memorantur  
providentia  
capta a Cle-  
mente XII. pro  
erectione no-  
socomiorum  
in quibus ex-  
positi infantes  
recipiuntur.

§. 1. La provida carità, e bene-  
ficienza paterna di Clemente XII. No-  
stro predecessore per salvare da' peri-  
coli, e dalla morte tante innocenti  
creature illegittimamente nate, e spesso  
abbandonate non solo, ma perfino pri-  
vate della vita, non che di ogni uma-  
no, e natural sussidio, si mosse a pietà  
delle medesime, e si determinò di  
erigere, e stabilire più conservatorii,  
ossia case di salvezza in quelle pro-  
vincie, che sono più vicine a Roma,  
producendo quest' opera pia, e grande  
oltre il vantaggio, e salvezza di quest'  
infelici, il sollievo della pia casa dell'  
archiospedale di santo Spirito, quale dalla  
confluenza delle medesime restava ol-  
tre misura aggravata, e quasi oppressa.  
Fra gli altri conservatorii, che fece  
erigere in esecuzione di questo suo  
pensiere, uno fu quello, che si stabi-  
lì in Viterbo come centro di quattro  
vescovati, e rispettivi loro territorj,  
quali sono: Viterbo, e Toscanella:  
Montefiascone, e Corneto: Sutri, e  
Nepi: Civita Castellana, ed Orte, e  
come più comodo per alcuni luoghi  
delle diocesi di Bagnorea, Acquapen-  
dente, di s. Martino Nullius, e dell'  
Abbadia delle tre Fontane. Per abitazione  
delle fanciulle projette del medesimo  
assegnò, e diede l'antica Rocca fabri-  
cata fin dal XIV. secolo dal cardinal  
Egidio Albornoz, la quale accresciuta,  
ed ornata da' papi, che di tempo in  
tempo successivamente per intervalli  
vi fecero soggiorno, e finalmente da  
Paolo III. fu resa nell'interno più ma-  
estosa, e comoda; e ciò dappoichè ne-  
gli anni del pontificato di Clemente VII.  
era stata sede di refugio alla sagra, ed  
illustre religione Gerosolimitana dopo  
la perdita di Rodi, e fino al dì lei sta-  
bilimento nell' isola di Malta. A questo  
primo beneficio, che assicurava una co-  
moda, ed onorevole abitazione alle ac-  
cennate alunne, fu d'uopo aggiungere  
de' provvedimenti per la sussistenza, e  
mantenimento delle medesime, e pen-  
sare alle tante altre spese necessarie, e  
correlative non solo per quelle che do-  
po i dodici anni si alimentano nel con-

servatorio, ma per quelle ancora,  
che si danno ad allattare, ed educare  
fino all'età accennata, e per i maschi,  
ai quali si provvede dal pari presso a  
quei, che li richiedono, corrispondendo  
ai rispettivi educatori un mensuale as-  
segnamento con l'occorrente, e conve-  
nevole vestiario.

§. 2. Monsignor Innico Caraccioli  
destinato visitatore apostolico l'anno 1739  
per unire, e formare un' annua com-  
petente entrata, impose varie tasse, e  
contribuzioni sopra i frutti, e redditi  
soprabbondanti di varj luoghi pii, e  
religiosi, e con essi si formò un annual  
provento capace di supplire al mante-  
nimento, ed ai bisogni del conservato-  
rio, secondo lo stato di quel tempo.  
Nel decorso poi degli anni susseguenti  
sempre più crescendo il numero de'  
progetti dell'uno, e dell'altro sesso, ed  
essendo quinci mancanti, e difettive  
l'entrate, la chiara memoria del car-  
dinal Innocenzo Conti da Noi destinato  
successore del cardinal Castelli nella vi-  
sita apostolica del conservatorio sud-  
detto si trovò in precisa necessità di  
chiederci un sussidio corrispondente all'  
accresciuto bisogno. Fu da da Noi in-  
giunto al medesimo, che col consenso,  
e sentimento del magistrato della città  
di Viterbo, e dei deputati attuali del  
conservatorio ci accennasse quella tassa,  
o imposizione, che fosse ai medesimi  
sembrata più giusta, e meno onerosa,  
riflettendo, che i luoghi pii, e reli-  
giosi non si dovessero aggravare più di  
quanto erano già stati tassati nella prima  
fondazione di questo luogo pio. Adempì  
una tal Nostra commissione il prelodato  
cardinale, e seguendo il parere degli  
accennati magistrato, e deputati, ci  
propose d'imporre una tassa, ossia  
contribuzione d'un bajocco per soma  
d'uva, o di mosto, che fosse raccolto  
ne' territorj delle quattro indicate dio-  
cesi, e degli altri luoghi a quelli adja-  
centi. Credendo noi questa tassa giusta,  
ed equitativa, e fondato il sentimento  
del magistrato, e deputati suddetti, ci  
appigliamo al medesimo, ed a quest'  
effetto con motu proprio fissammo, e  
stabilimmo l'accennata tassa. Quindi ri-  
conoscendo utile al conservatorio di dare  
in appalto l'esazione di detta tassa, fece  
il predetto cardinal Conti affiggere gli  
editti inviatorii per dare un tale affitto  
al più offerente con patti, e condizioni  
convenienti alla qualità del medesimo,  
o dei paesi, da' quali si doveva esig-  
gere. Fra le varie offerte migliore, e  
più utile fu dal medesimo creduta, e

Impositio ta-  
xæ pro sub-  
sistentatione no-  
socomii.

preferita quella di Timoteo Barnabei, il quale offerì scudi 1745. 25 all'anno, ed a di cui favore fu successivamente stipolato istromento sotto il dì 27 settembre dell'anno 1784 per gli atti del Barbacci notaro del conservatorio medesimo, e questo per tre anni, cioè 1784, 1785, e 1786. Entrato in possesso di detta esazione il Barnabei, poté egli far questa nell'anno 1784, dopo di cui in età fresca mancò di vita, lasciando un figlio maschio, e due figlie femmine in età pupillare sotto la tutela legittima di suo fratello canonico Antonio Barnabei, il quale intraprese, e proseguì l'esigenza nell'anno 1785. Ma siccome l'accennata tassa fu ben presto riconosciuta mal distribuita, assai ineguale, e gravosa del pari, che fastidiosa, e molesta nei modi, con cui questa si esigeva dall'affittuario, venendo da essa gravato il solo genere dell' uva, e mosto, mentre ne restavano esenti, ed immuni tutti gli altri, quando non erano questi meno lucrosi di quello, e perchè si faceva prestare il giuramento nel dar le assegni, con l'ulteriore aggravio di dover pagare i scavalchi, ed anche le pene; quindi è che sempre più si andavano moltiplicando le querele, e le amarezze de' possessori delle vigne, e de' contribuenti per tal frutto.

Actus novae  
visitationis nosocomii.

§. 3. In questo tempo, ed in queste circostanze piacque a Dio di chiamare a se il detto cardinal Innocenzo Conti, a cui abbiamo creduto di surrogare in questa incombenza, e destinare di lui successore il reverendissimo cardinal Francesco Garrara. Eletto questi appena, gli si affollarono intorno le querele, le preghiere, e le vive istanze de' contribuenti, perchè fosse tolta, e abolita questa tassa sopra l'uva, e il mosto accusata qual fonte di spergiuri, di disgusti, e di molestie universali, e che rimosso il giuramento, fosse in sua vece sostituita altra imposizione, o tassa universale, e meno onerosa. Ci fece egli perciò una sincera relazione delle suppliche, e rappresentanze accennate, e desiderò di poter egli con la Nostra autorità abolire, e togliere del tutto il giuramento, con cui solevansi accompagnare le rispettive assegni. Noi di buon grado come a cosa tendente ad estinguere l'escrabi- le abuso de' giuramenti falsi, acconsentimmo a questa prudente insinuazione, ed un tal Nostro assenso fu manifestato mediante una notificazione emanata sotto il dì 20 febbrajo dell'an-

Bull. Rom. Tom. VII.

no corrente. Per poter poi prendere una matura, e stabile deliberazione circa la nuova tassa, che si dovesse fissare per la manutenzione, e bisogno del conservatorio subito che fosse annullato per il terzo anno il triennale affitto col Barnabei, o quello fosse consumato, e finito col raccolto dell'anno corrente 1786, pensò egli di portarsi a Viterbo per riconoscer lo stato, ed i bisogni dello stesso conservatorio, il reddito, e l'uscita per il mantenimento, la verità, o l'insussistenza delle querele contro l'antica tassa, e investigare con serio, e pesato esame qual'altra tassa convenisse, e fosse giusto di sostituire allorchè l'attuale si dovesse abolire per l'anno corrente, o questa si consumasse con l'esigenza dell'anno stesso 1786. Si portò egli pertanto a Viterbo, ove giunto il dì 7 del passato mese di marzo, visitò il conservatorio, ed ivi rinvenne 140. projette, e riseppe, che altri 281 tra maschi, e femmine, parte bambini, e bambine, parte fanciulli, e fanciulle si mantengono fuori di detto conservatorio a carico del medesimo, oltre quanto occorre per le paghe de' ministri, medicinali, ed altre indispensabili spese per il servizio, e mantenimento di tutti gli alunni, ed alunne dentro, e fuori del luogo pio. Osservò, e riconobbe dai registri, che nell'anno 1782 se ne educavano nel conservatorio 113, e che ora sono moltiplicate al numero di 140, e che così in proporzione si è aumentato il numero de' maschj, e delle femmine educate fuori della pia casa, congetturando, che possa in appresso crescere il numero degli uni, e delle altre. All'incontro, che l'annua entrata fissa sia di pochi beni, sia di frutti di censi, sia di tasse assegnate fin dal principio non giunge, che alla somma di scudi 5228, e che la spesa ora divenuta necessaria supera i scudi 7700 incirca, non si potendo questa fissare nel preciso quantitativo, perchè dipendente dalla confluenza maggiore, o minore de' progetti, e projette.

§. 4. Da questo confronto d'entrata, e di spesa annua si ravvisa, e si conosce la necessità indispensabile di provvedere allo sbilancio, che d'anno in anno succederebbe quando non si pensasse di pareggiarlo con una tassa distributiva, e la più ragionevole sopra le città, e terre, che godono il beneficio di poter trasmettere i loro progetti al conservatorio predetto. Per questo fine, ed a questo effetto fu impo-

Novae providentiae favore ipsius nosocomii.

H h h h 2

esta la tassa sopra l'uva, e il mosto sopra indicata, e sopra i testamenti, e codicilli: fu fatto l'affitto ad triennium, ed ha continuato l'affittuario per due anni, quali sono 1784 e 1785, restando il solo anno corrente 1786. Ma avendo noi presenti i ricorsi fatti contro delle medesime per la distribuzione come ineguale, e per i modi, co' quali la stessa si fa, e di più riflettendo, che il censo promesso in somma di scudi 1745. 25 all'anno è insufficiente all'attuale bisogno del conservatorio, quando al rincontro calcolando il frutto, che in forza di detto affitto ha esato, e potuto esiggere l'affittuario, tutt' insieme ascende ad una somma eccedente un moderato lucro per il medesimo, ed eccessivamente maggiore della somma, che detto affittuario paga al conservatorio; per queste ragioni, e per desiderio di render meno grave il peso delle tasse, e per procurare la possibile quiete alle comunità, e luoghi contribuenti, ci siamo mossi a secondare le loro istanze con annullare il contratto stipolato tra il conservatorio, e Timoteo Barnabei sotto il dì, ed anno surriferiti, riservando a Noi la facoltà di poterè usare con esso qualche discreto compenso, che sarà da Noi determinato, conciliando con ciò il beneficio, e quiete de' Nostri sudditi, e l'equità, e beneficenza verso i pupilli Barnabei.

Abrogatio ap-  
paltus vecti-  
galis pro anno  
1786.

§. 5. Quindi è, che dichiariamo nullo, casso, irrito l'accennato affitto per quest'ultimo corrente anno 1786. Riflettendo Noi, che forse potrebbe lusingarsi, e portare opinione chi resta debitore per anco o in tutto, o in parte del pagamento dovuto per la raccolta degli anni 1784, e 1785, che con l'annullamento, che facciamo col presente motu proprio del terz' anno del contratto col Barnabei stipolato fosse tolto, ed annullato il debito procedente dai due accecati primi anni, lo che sarebbe contro la giustizia, e la sovranità Nostra volontà, perciò dichiariamo, che i debitori difettivi, e mososi devono pagare le rispettive loro residuali rate, e corrispondere quanto è di giustizia al tutore dei pupilli Barnabei.

Extinctio vec-  
toris taxa.

§. 6. Tolto di mezzo pertanto, ed abolito il precedente affitto stipolato col Barnabei per il terz' anno del medesimo, cioè per il corrente 1786, e considerando Noi essere state mal distribuite, ed ineguali le dette due tasse, e volendo provvedere alla quiete, e tranquillità de' Nostri sudditi, ed agli

altri oggetti di sopra indicati, di moto proprio con la suprema Nostra pontificia autorità aboliamo, ed annulliamo tanto la tassa sopra i testamenti, e codicilli, quanto l'altra sul prodotto dell'uve, e mosto, dichiarandole abolite, ed annullate, e che tali debbano sempre da ciascuno riputarsi. Ora poi essendo necessario all'estinta tassa di surrogarne un'altra, siamo venuti in deliberazione di stabilirne una fissa, e permanente nella somma, e quantità di annui scudi 2500 moneta Romana da imporsi sopra le comunità delle dette diocesi di Viterbo, e Tuscanella, compresa anco la comunità di Montalto: di Montefiascone, e Corneto: di Sutri, e Nepi: di Civita Castellana, ed Orte; ed inoltre una tale imposizione cada ancora sopra le comunità di Chia, Bomarzo, Mugnano, Vitorchiano, Graffignano, Grotte di santo Stefano, Castel di Pietro, o sia san Michele, Rocca del Vecchio, Sipicciano, Monte Calvello, Vallebona, Castel Celese, luoghi tutti della diocesi di Bagnorea; nella diocesi di Acquapendente sopra quelle d'Ischia, Celleri, Canino, Onano; nella badia delle tre Fontane sopra le comunità di s. Oreste, Monterosi, e Ponzano; e finalmente sopra quella di s. Martino Nulius, riservandoci di aggiungere altri luoghi, se lo crederemo giusto, e necessario.

§. 7. In esecuzione pertanto di questa Nostra suprema volontà con la presente Nostra cedola, in cui abbiamo per espresso, e di parola in parola registrato, ed inserito l'intero tenore di qualsivoglia privilegio di esenzione, che giammai avessero, o pretendessero avere i luoghi pii, e le persone anco ecclesiastiche sì secolari, che regolari, e di ogni altra qualunque cosa quanto si voglia necessaria d'esprimersi, benchè degna d'individua, speciale, specialissima menzione, di Nostro motu proprio, certa scienza, e con la pienezza della suprema Nostra pontificia potestà, ed autorità ordiniamo, comandiamo, ed imponiamo una fissa, permanente, ed annua tassa di scudi 2500. da contribuirsi da tutte le comunità di sopra indicate a misura della forza personale de' rispettivi luoghi estratta dallo stato della popolazione raccolto dalla Nostra congregazione de' Sgravi, e Buon Governo dell'anno 1782, al qual effetto approviamo fin da ora il ripartimento a Noi in foglio a parte esibito dal reverendissimo

Imposito novi  
vectigalis.

cardinal Carrara protettore, e visitatore apostolico di detto conservatorio.

Præstatur mo-  
dus solutionis  
cum privilegio  
manus regie,  
favore nosoco-  
mii.

§. 8. E perchè alle comunità riesca meno gravoso il peso di detta tassa, vogliamo, e comandiamo, che le medesime debbano ascriverla al conto della tabella privilegiata, in guisa, che alla ridetta tassa siano tenuti contribuire tutti, niuno eccettuato di qualunque grado, qualità ec. anche privilegiato privilegiatissimo, quantunque richiedesse una speciale, ed individua menzione, nel modo stesso, in cui contribuiscono agli altri pesi privilegiati. Dichiariamo inoltre, che ciascuna comunità per comodo del pagamento della presente tassa abbia due termini, cioè una metà per semestre, e che il primo termine del primo semestre s'intenda maturato al primo di novembre, e il secondo termine al dì primo di maggio, cosicchè le comunità pagando negli accennati due termini col far giungere il danaro in mano del cassiere del conservatorio di Viterbo, siano libere, ed esenti da qualunque spesa, ed interesse, come all'incontro quando siano morose, e difettive, possa il conservatorio procedere contro le medesime con la mano regia, e *more camerale*, ed altri privilegj accordati al conservatorio nell'antecedente Nostro motu proprio.

Deputatio ju-  
dicis privati,  
et executoris  
apostolici.

§. 9. Che se poi accadesse controversia, e disputa circa il pagamento della detta tassa, ed esecuzione del presente motu proprio, intendiamo destinato giudice privato il protettore, e visitatore apostolico pro tempore a tenor del medesimo. Per gli effetti suddetti, e per la plenaria esecuzione della presente Nostra ordinazione diamo, e concediamo, come sopra, al ridetto reverendissimo cardinal Carrara visitatore apostolico, e specialmente a tal effetto da Noi prescelto l'autorità, e facoltà di fare, e pubblicare qualsivoglia opportuno decreto, e necessario editto, e notificazione, dare qualunque ordine, procedere, e far procedere per l'esigenza dell'enunciata, e fissata tassa anco alla spedizione, ed esecuzione della mano regia contro tutte, e singole quelle comunità, che saranno difettive, e morose nel pagamento della medesima; multarle con quelle pene, che egli crederà, qualora si scuoprissero ree d'artifizj, doli, e frodi per sottrarsi in tutto, o in parte dal pagamento della tassa predetta, e prendere finalmente qualsivoglia provvedimento, e fare tutt'altro, che lo stesso re-

verendissimo cardinal visitatore per il vantaggio del conservatorio, e per il plenario adempimento del presente Nostro motu proprio crederà espediente sì al presente, che al futuro, e secondo le circostanze, che gli si presenteranno, senza che da persona veruna ecclesiastica, o secolare quanto si voglia privilegiata, e privilegiatissima possa giammai in qualunque modo, e tempo, e sotto qualunque titolo, o pretesto farglisi contradizione, nè opposizione alcuna, al che non dovrà arrestarsi per qualunque ricorso, inhibitione, o atto, che fosse presentato, che dovrà egli omniamente sprezzare, fuorchè se fosse manito della pontificia Nostra sottoscrizione; il che intendiamo conceduto anco agli altri visitatori apostolici pro tempore di detto conservatorio, dichiarando Noi, che sotto la disposizione del presente Nostro motu proprio debbano restar comprese tutte le persone delle suddette diocesi, e luoghi anche ecclesiastici secolari, e regolari di qualsivoglia ordine, ed istituto, vescovi, e reverendissimi cardinali, cavalieri di Malta, e d'ogni altro ordine militare, monasterj anche delle undici congregazioni, baroni, ospitali, vedove, pupilli, e qualsivogliano altri, che per comprenderli fosse necessario fare di essi, e de' loro privilegj espressa, specifica, ed individua menzione.

§. 10. Volendo, e decretando, che la presente Nostra cedola di motu proprio benchè non ammessa, nè registrata in camera, e ne' suoi libri, vaglia nondimeno, ed abbia sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore con la Nostra semplice sottoscrizione, nè gli si possa mai opporre di surrezione, orrezione, nè di altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, che così, e non altrimenti debba sempre nelle cose premesse definirsi, decidersi, ed interpretarsi da qualunque giudice, e tribunale, benchè collegiale, e composto di reverendissimi cardinali, ed eziandio da' legati a latere, togliendo loro, ed a ciascuno di essi la facoltà di definire, decidere, ed interpretare diversamente; dichiarando sia d'adesso preventivamente nullo, irritato, ed invalido tutto ciò, che scientemente, o ignorantemente si facesse, o tentasse di fare in contrario, ancorchè non vi siano stati chiamati, nè sentiti li vescovi delle dette diocesi, nè i procuratori fiscali delle loro curie; monsignor Nostro commissario ge-

Clausula sul-  
lata, et decre-  
tum irritans.

nerale della camera, li luoghi pii, gli altri magistrati, ufficiali, gli arcipreti, gli uomini, ed abitanti di tutti i sopradetti luoghi, nè altri qualsivoglia, che per qualunque titolo, e ragione anche di particolari, e specialissime esenzioni del pagamento di tasse, vi fosse stato bisogno di sentire, chiamare, e citare.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non ostante il moto proprio di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, la regola della Nostra cancelleria *de jure quæsito non tollendo*, e qualsivoglia altre costituzioni, ed ordinazioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, leggi eziandio canoniche, statuti, riforme, ancorchè con apostolica autorità fatte, approvate, confermate, usi, stili, consuetudini, ed ogni altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario; alle quali tutte e singole, avendone il loro tenore qui per espresso, e di parola in parola inserito, e registrato, e supplendo Noi con la pienezza della Nostra suprema potestà, ed apostolica autorità a qualunque vizio, o difetto quantunque sostanziale, e formale, che nelle cose premesse potesse intervenire, per questa volta solamente, ed agli effetti premessi amplamente, ed espressamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano, questo dì 19 maggio 1786.

Pius pp. VI.

DC.

Dat. Romæ  
19. maii  
1786.  
anno XII.

Imminutio festorum in civitate, et diocesi Ariminensi.

Venerabili fratri episcopo Ariminensi.

Pius Pp. VI.

Venerabilis frater  
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Proeminum.

§. 1. Cum sicut quædam sunt, ut inquit sanctus Leo magnus predecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut pro necessitate rerum, aut pro consideratione ætatum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in iis, quæ vel dubia fuerint, aut obscu-

ra, id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum Patrum inveniatur adversum: eapropter apostolica hæc sancta Sedes pro paterna erga universos Christifideles benignitate, quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessarium inopiam non sine conscientie angore contemnuntur.

§. 2. Quoniam autem, sicut pro parte tua Nobis expositum fuit, eidem fraternitati tuæ innotuit, quod in civitate, et diocesi Ariminensi adeo excreverunt calamitates, et angustie propter præsentium temporum infortunia, ut miseri illarum habitatores, incolæque, ac præsertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, peræpissime cogantur, quamvis animo invito, dies festos negligere, operibusque mechanicis se se addicere pro pane lucrando, et id eo facilius contigit ob excretum dierum festorum numerum, ac propterea Nobis humillime supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignamur.

Expositio precum.

§. 3. Nos itaque, qui Christifidelibus, quantum cum Domino possumus, salutare remedium potius ad æternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste sustentandam adhibere, quam per severiorem ecclesiasticæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos incolas specialibus gratis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christifidelibus earumdem civitatis, et diocesis Ariminensis existentibus, ut deinceps exceptis omnibus diebus dominicis, nec non Natalis Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschatis Resurrectionis, et sequenti, Pente-

Tenor concessions.

costes, et sequenti, ac Corporis Christi, et Ascensionis, sancti Joannis Baptistæ, sancti Joseph, ac sanctorum Petri, et Pauli apostolorum, et commemorationis omnium sanctorum; præterea quinque dicatis beatæ Mariæ virginis Immaculatæ scilicet Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non sancti patroni, aut tutelaris cujuslibet loci pro hominibus ejusdem loci dumtaxat festivis diebus, in quibus integra maneat præcepti obligatio; in reliquis vero festis, sive per hanc sanctam Sedem præceptis, sive per synodales earundem civitatis, et diœcesis constitutiones, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem quoque auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, præceptis, audita missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus, sine ullo prorsus conscientiæ scrupulo vacare possint auctoritate Nostra apostolica prædicta concedas, et indulgeas, permittas, et statuas, præcipias, ac mandes.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non civitatis, et diœcesis prædictarum, illorumque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima nona maii millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo secundo.

Derogatio contrariorum.

DCL.

Mandatur, ut in posterum in generali capitulo ordinis eremitarum s. Augustini eligatur vicarius, seu visitator generalis pro provinciis Hispaniarum ejusdem ordinis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit carissimus in Christo filius Noster Karolus Hispaniarum rex catholicus, quod cum in provinciis Hispaniarum tam citra, quam ultra marinis fratrum eremitarum ordinis sancti Augustini regularis disciplina refrixerit, hujus mali causâ adscribenda est defectui unius superioris, qui proprius invigilet super succrescentes abusos, eosque in cunctis illis provinciis emendet, et tollat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut circa præmissa providere dignaremur, constituendo scilicet in memoratis provinciis religiosum aliquem ejusdem ordinis, vita, doctrina, et fama laudabilem, qui conventus, domos, et personas dictarum provinciarum non longo interjecto tempore visitet, et scrutetur.

Expositio præcunt.

§. 2. Nos igitur pro ea charitate, qua ordinem prædictum sincere prosequimur, ac pro desiderio, ut unusquisque digne ambulet in vocatione, qua vocatus est, expositis malis consulere, votisque antedicti Karoli regis catholici annuere opportunum existimantes, supplicationibus hujusmodi inclinati, auctoritate apostolica tenore præsentium decernimus, et mandamus, ut in imminenti, et deinde in quolibet capitulo generali ordinis prædicti, quoties de sexennio in sexennium habeatur, vel a priore generali, si ultra sexennium illius protrahatur cum voto suorum assistentium vicarius generalis, seu visitator ad sex annos duraturus eisdem provinciis assumendus, qui tamen Matrili fixam habeat Sedem, eligatur, seu deputetur.

Præfinitur modus electionis novi vicarii generalis.

§. 3. Huic vero vicario generali, seu visitatori pro tempore existenti, sex consilarii, qui illi adsint, ex tribus provinciis Hispanicis citra marinis in capitulis provincialibus, duo scilicet ex qualibet provincia eligendi erunt, vel deputandi. Prædicto autem vicario generali, seu visitatori incumbet, provincias omnes ordinis prædicti, tam citra, quam ultra marinas regionum Hi-

Præcipitur sex consilarios eidem vicario generali esse adiciendos, et eorum munus declaratur.

Dat. Romæ  
19. maii  
1786  
Anno XII.

spaniarum, tam per se ipsum, quam per alium, seu alios ab ipso deputandum, seu deputandos, illorumque superiores, fratres, et personas cujusvis status, gradus, qualitatis, conditionis, præminentiae, et dignitatis existentes, nec non illarum conventus, ecclesias, domos regulares, et alia loca, et bona quaecumque ad dictas provincias spectantia, et pertinentia, tam in capite, quam in membris visitare, ac illorum statum, vitam, mores, ritus, disciplinam diligenter inquirere, nec non evangelicæ, et apostolicæ doctrinæ, sacrorumque canonum, sanctorumque patrum traditionibus, regularibusque dicti ordinis institutis, constitutionibus, et ordinationibus generalibus auctoritate apostolica approbatis, confirmatisque inhærendo, quacumque reformatione, mutatione, correctione, et emendatione indigebunt, de dictorum sex consiliariorum suorum iudicio reformare, corrigere, et statuere, ac sacris canonibus, et concilii Tridentini decretis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis conformare, abusus quoscumque tollere, regulas, institutiones, et ecclesiasticam disciplinam, ubi collapsa sit, modis congruis restituere, et reintegrare, apostolicæ constitutiones, ordinis leges, et statuta adamussim custodiri; quibus nunquam derogare, neque diversimode interpretari ab observantia hactenus usu recepta licebit; de repertis autem inobservantiis, et abusibus, ac de ab eo præstitis remediis priorem generalem, quam cito certiorari curabit; insuper idem vicarius generalis, seu visitator capitalis provincialibus dictarum provinciarum pro tempore habendis cum uno saltem ex designatis consiliariis præsidebit, causas, controversias, ac lites omnes inter fratres earundem provinciarum exortas, et quomodolibet in futurum exortendas in secunda instantia cognoscet, decidet, et deficiet, ab ejus tamen sententiis in gravioribus causis divisionis provinciarum, subtractionis, et respective nationum conventuum ab una ad aliam provinciam, eorumdem suppressionum, privationum, provincialium, et priorum, et controversarum validitatum electionum, aliorumque hujusmodi, ad priorem generalem licebit provocare, et appellare, ita tamen, ut prior generalis, quoties opportunum ipse judicaverit, delegare valeat unum, aut plures religiosos in regnis prædictis commorantes, qui ejus nomine, et auctoritate causas prædictas in gradu

appellationis examinent, et definiant. Controversiarum vero decisio per suffragiorum pluralitatem inter ipsam vicarium generalem, seu visitatorem, suosque consiliarios fiet, et ubi paritas incidat suffragiorum sententia prædicti vicarii generalis, seu visitatoris pluris habebitur; ad eundem vicarium generalem, seu visitatorem spectabit proponere priori generali quatuor religiosos peritiores, et antiquiores pro examine promovendorum ad doctoratum, et magisterium, ut vocant, de *Cathedra*, facta prius ab eodem vicario, seu visitatore, ejusque consiliariis præelectione examinerum in definitorio cuiuscumque provinciae tam citra, quam ultra marinæ; deinde prior generalis expediet literas patentes favore illorum, quos cum consiliariorum suorum assistentium digniores judicabit.

§. 4. Emolumenta vero solvi solita pro literis patentibus non excedent summam scutorum vigintiquinque monetæ Romanæ pro unoquoque novo magistro juxta disposita in apostolicis in simili forma Brevis à felicis recordationis Benedicto XIV. prædecessore Nostro expeditis literis pro magistris provinciae Castellæ, eaque deponentur penes vicarium generalem, seu visitatorem, a quo transmittentur priori generali; insuper aliæ literæ patentes magistrorum de pulpito, præsentatorum, et jubilatorem, licet expediendæ sint a priori generali, nihilominus præcedere debent literæ testimoniales, vel informativæ vicarii generalis, seu visitatoris. Literæ convocatoriæ ad capitula generalia expediendæ a priori generali, vel a vicario generali totius ordinis mittentur vicario generali, seu visitatori Hispaniarum, ut ipse eas pervenire faciat ad provinciales sui vicariatus.

§. 5. Ulterius eidem vicario generali, seu visitatori pro tempore existenti locum supra provincialem, consiliariis prædictis vero immediatum post provincialem statuimus, et assignamus. Quod si durante sexennio sui officii ipse supremum vitæ diem obierit, tunc, et eo casu, ut a priori generali pro tempore existenti dicti ordinis una cum suo generali definitorio novus vicarius generalis, seu visitator provinciarum Hispaniarum prædictarum non ultra quam ad integri sexennii exitum respective duraturus eligatur, et deputetur auctoritate, et tenore prædictis edicimus, et mandamus. Ad conservandum porro in toto ordine hujus-

Præfinitur emolumentum solvendum pro literis patentibus.

Statuitur locus concedendus vicario generali, et consiliariis, in capitulo generali, et numerus servandus pro assistentibus totius ordinis.



modi numerum quatuor assistentium generalium erit in quolibet capitulo generali eligendus assistens Hispaniarum, qui apud priorem generalem resideat, eumque comitatur cum omnibus juribus, et privilegiis eidem attributis a constitutionibus dicti ordinis. Quoties vero prior generalis visitabit provincias Hispanas secum habebit eundem generalem assistentem, quo in casu ejusdem prioris generalis commemoratione inibi durante, suspensa erit œconomica auctoritas vicarii generalis, seu visitoris maxime in pertinentibus ad regularem disciplinam, et conventuum, ac domorum quarumcumque administrationem, non autem jurisdictio ordinaria, seu judicialis, exceptis casibus recursuum contra eundem vicarium generalem, seu visitatorem, vel de revisione decretorum, seu sententiarum ab eo prolatarum.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et provinciarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgiis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus; et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmis-

Bull. Rom. Tom. VII.

sorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus pariter, quod earumdem præsentium literarum transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur in iudicio, et extra illud, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anno piscatoris die decimanona maii millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo secundo.

DCII.

Dat. Romæ  
30. maii  
1786  
anno XII.

Confirmatur transactio inter xenodochium sanctæ Mariæ de Morte civitatis Bononiensis, et comitem Hieronymum Legnani, ac equitem Joannem Antonium Sangiorgi Bononienses inita.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Quoties a Nobis id petitur, quod ad tollenda litium jurgia, quibus plerumque christiana charitas turbatur, accomodum esse dignoscitur, omnino Nos decet libenter concedere, et peccantium desideriis congruum suffragium impertiri.

Præmium.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii administratores xenodochii sanctæ Mariæ de Morte civitatis Bononiensis, nec non comes Hieronymus Legnani, et eques Joannes Antonius Sangiorgi de Simonini, cives Bononienses, quod cum alias per obitum bonæ memoriæ Hannibalis Fioravanti nobilis Bononiensis inter dictum Hieronymum hæredem fiduciarium, et administratores prædictos hæredes proprietarios dicti Hannibalis ex una, et memoratum Joannem Antonium ex altera parte, tum de ac super progressivitate nonnullorum fideicommissorum familiæ Fioravanti, quæ per obitum dicti Hannibalis sui favore purificata esse dictus Joannes Antonius ex dicta familia per medium femininum descendens contendebat; tum etiam de ac super detractionibus tum qualitati-

Expositio precum.

vis, et quantitativis, quatenus constaret de dictorum fideicommissorum etiam in descendentes ex femina progressivitate, quæ hæredibus dicti Hannibalis competere arbitrabatur, plures, ac difficiles lites, et controversiæ exortæ sunt, quæ nisi post longum articulorum examen ac partium definiri poterant. Quapropter exponentes prædicti ob incertum semper litium eventum omnem controversiam per transactionem dirimere censuerunt, quæ de juris consultorum Bononiensium consilio die 11. currentis mensis maii fuit stipulata. Cum autem sicut expositio subungebat, inter cætera in eadem transactione conventa, ut ea firmiter subsistat, et servetur exactius pactum fuerit, ut eadem transactio apostolicæ confirmationis robore esset munienda. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Tenor confirmationis apostolicæ.

§. 3. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, transactionem prædictam, ut præfertur, stipulatam auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique apostolicæ firmitatis robur adicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eisdem quomodolibet intervenerint, sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter respective observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et sanctæ Sedis nuntios, sublatis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his

a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima maii, millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo secundo.

Derogatio contrariorum.

DCIII.

Dat. Romæ  
30. maii  
1786  
anno XII.

Exemptio monasterii monialium sanctæ Claræ ordinis sancti Francisci civitatis Bejenensis a jurisdictione fratrum dicti ordinis.

Dilecto filio Nostro Vincentio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Ranuzzi nuncupato.

Pius PP. VI.

Dilecte fili Noster

Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. Pastoralis officii humilitati Nostræ divinitus commissi sollicitudo Nos admonet, ut paternam Christifidelium, qui sub suavi religionis iugo Deo proprius famulari susceperunt, curam gerentes ea, quæ pro tollendis abusibus, et animorum studiis, stabilendaque regulari disciplina, ac christiana charitate accommoda esse dignoscuntur, rerum prius, ac temporum vicibus mature perpensis, concedamus, prout in Domino salubriter expedire conspiciamus.

Premium.

§. 2. Cum itaque dilectæ in Christo filiæ abbatissa, alique sanctimonialis monasterii sanctæ Claræ ordinis sancti Francisci civitatis Bejenensis Nobis alias exponi fecerint, quod a minus recta fratrum ordinis sancti Francisci provinciæ Algarbiorum de Xabregas nuncupatæ, quorum jurisdictioni, et gubernio ipsæ subsunt, rei familiaris ad dictum monasterium spectantis gestiæne plura incommoda eis profecta sint, et quod maximum est, cum ex inde in gravissimas angustias adductæ sint, ipsa etiam regularis disciplina prorsus quasi collapsa est; quodque huic malo opportunum, ac promptum ad-

Expositio præcedens correcturam a monialibus.

liberetur remedium, si dictum monasterium ab eorumdem fratrum regimine, ac gubernio per Nos eximeretur, ac jurisdictioni episcopi Bejensis subderetur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

Eximuntur moniales a subiectione fratrum ordinis, et subiciuntur jurisdictioni ordinariae episcopi dioeceseosani.

§. 3. Nos igitur, audita prius de, ac super veritate expositorum, ac moderatè episcopi Bejensis relatione, tuoque consilio, cum maxime proficuum futuram fore eidem monasterio exemptionem hujusmodi intellexerimus, statui, ac utilitati earumdem sanctimonialium consulere volentes, earumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes supplicationibus hujusmodi inclinatis: circumspectioni tuæ, de cujus fide, doctrina, vigilantia, et charitate, ac in gerendis negotiis dexteritate plurimum in Domino confidimus, per præsentès committimus, et mandamus, ut dictum monasterium sanctæ Clare ordinis sancti Francisci civitatis Bejensis, ejusque sanctimoniales a quacumque subiectione, et regimine, ac gubernio dictorum fratrum ordinis sancti Francisci provinciæ Algarbiorum de Xabregas nuncupatæ auctoritate Nostra apostolica eximas, et liberès, ac exemptam, et liberum esse decernas, atque declares, omnimodæ vero jurisdictioni moderni, et pro tempore existentis episcopi Bejensis subicias.

Derogatio juris aliam fratrum ordinis concessorum super prædictis monialibus

§. 4. Ea que propter fratribus prædictis harum serie prohibemus, ne in illis, quæ ad monasterium hujusmodi, et sanctimonialium prædictarum gubernium pertinent in posterum se ullatenus ingerere audeant, seu præsumant; declarantes tamen, quod licet sanctimoniales prædictas, quoad spirituales etiam jurisdictionem a memoratis fratribus segregaverimus, ut præfertur, ac segregatas esse decreverimus, nihilominus gratiis, favoribus, indultis, ac privilegiis tam spiritualibus, quam temporalibus alias per summos pontifices prædecessores Nostros fratribus ordinis prædicti concessis uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant in omnibus, et per omnia perinde, ac si ordini prædicto, ut prius unitæ, et incorporatæ essent.

§. 5. Decernentes has præsentès literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quâdocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et monasterii prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima maii millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo secundo.

Derogatio contrariorum.



Dat. Roma  
2. Junii  
1786  
anno XII.

DCIV.

Confirmatio decreti archiepiscopi Firmani super applicatione bonorum ejusdem montis frumentarii oppidi sanctæ Victorie Firmanæ diocesis xenodochio ejusdem oppidi facta.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Exponitur erectio facta montis frumentarii in oppido s. Victorie.

§. 1. Quoties a Nobis id petitur, quod pietati, et religioni convenire dignoscitur, omnino Nos decet libenter concedere, et petentium desideriis congruum suffragium impertiri. Nobis siquidem humiliter exponi nuper fecit dilectus filius Seraphianus Cornacchia oppidi Nostri sanctæ Victorie Firmanæ diocesis natus, quod alias bonæ memoriæ canonicus Antonius Nicolaus Piccinini in supremis suis testamentariis tabulis voluit, ut in dicta terra sanctæ Victorie mons frumentarius rubrorum vigintiquoque ex suis bonis erigeretur, cujus administratio canonico camerario collegiæ ecclesiæ ejusdem terræ, ac suis hæredibus concedidit, et quidem anno MDCCLXI. auctoritate ordinaria tunc existentis archiepiscopi Firmani, ad formam testamentariæ dispositionis prædictæ mons frumentarius hujusmodi fuit erectus.

Tenor decretorum editorum ab archiepiscopo in acta visitationis ejusdem montis frumentarii.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, nuper venerabilis frater Andreas moderatus archiepiscopus Firmanus, in actu suæ pastoralis visitationis memorati exponentis hæredis dicti testatoris precibus annuens, quod in dicta terra sanctæ Victorie alia duo montia frumentaria jam pridem erecta fuere, quæ pro oppidanis hujusmodi, sat quasi sunt capitale dicti montis frumentarii Piccinini xenodochio ejusdem terræ applicaverit per suum decretum tenoris sequentis. Cum autem idem illustrissimus dominus perpenderit, inutilem esse hunc montem, attenta existentia binorum montium, in quibus ea frumenti quantitas asservatur, quæ satis est consulendæ pauperum indigentia, idèo reservavit sibi facultatem providendi in decretis generalibus.

In decretis vero generalibus habetur pariter, prout infra videlicet = Favore item ipsius domus charitatis, sive hospitalis applicavit, et concessit totam frumenti quantitatem, qua compositus est mons institutus a quodam

reverendo canonico Antonio Nicolao Piccinini, postquam fuerit a mutuatoriis exactus, ita tamen ut vendatur majori, quo poterit pretio, et retractus intacto, et fructifero capitali investatur favore ejusdem domus. Hujusmodi autem applicationem faciendam statuit idem illustrissimus dominus ob inutilitatem ipsius montis attenta existentia aliorum, qui satis sunt pro populi indigentia, et attento consensu, ac instantia facta a dominis de Cornacchia hæredibus, et administratoribus a testatore vocatis. Quia vero canonicus camerarius capituli hujus loci jus habet in administratione hujus montis, statuta ejus favore ab ipso fundatore mercede in julio uno pro quolibet rubro, ideo non intendens idem illustrissimus dominus jus, et interesse tertii hac in re ledere, mandavit, ut ipsa domus, sive hospitale, postquam sui favore fuerit purificata applicatio, testatur quottannis julios viginti predicto domino canonico camerario rependere. Mandavit demum, quod in actu consignationis hujus frumenti fiat publicum instrumentum, in quo ipsimet dd. de Cornacchia præstitum consensum renovare sint obstructi.

§. 3. Hinc dictus Seraphianus, ut decretum hujusmodi firmius subsistat, et servetur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio commaniri summopere desideret. Nos ipsi Seraphiano gratiam specialem facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latio, si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robor adicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper in eisdem quomodolibet intervenerint, supplemus et sanamus.

§. 4. Decernentes has præsertes litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quoadcumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non

Confirmatio apostolica prædictorum decretorum.

Clausula sublata, et decretum irritum.

Derogatio contrariorum.

quatenus opus sit, memorati testatoris etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad premissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda junii anno millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo secundo.

tionum promulgationem sequutas sanaret, idem Vincentius cardinalis decretum addidit tenoris sequentis videlicet.

§. 2. Attentis expositis oratorum conscientiae consulere volentes, auctoritate apostolica, qua suffulti sumus, et in hac parte fungimur, benigne concedimus petitam sanationem, provisionaliter tamen, et quoad praeteritum solummodo, nec non cum obligatione recurrendi quamprimum ad sanctam Sedem, eandemque sanationem impetrandi.

Tenor decreti editi a cardinali Ranuzio pro sanatione nullitatum.

Datum Lisbonae die xii. aprilis MDCCLXXXVI.

Vincentius cardinalis Ranuzzi.

Julianus Cataldi secretarius

Loco ✕ Sigilli.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subungebat, exponentes praedicti decreto hujusmodi obsequendo, sanationem praedictam a Nobis sibi concedi plurimum desiderent, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis, inclinati, nullitates omnes, et singulas ex observantia dictarum antiquarum constitutionum sequutas, ut praefertur, auctoritate apostolica praedicta tenore praesentium supplementus, sanamus, et validamus.

Tenor apostolice sanationis.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore spectabit plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores iudicari, et definiti debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et congregationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritanti-

Derogatio contrariorum.

DCV.

Dat. Roma  
2. Junii  
1786.  
Anno XII.

Sanatio nullitatum ex observantia antiquarum constitutionum sequutarum pro congregatione Portugalliae tertii ordinis sancti Francisci de Penitentia.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio praecurr.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii modernus minister generalis, et definitorium generale fratrum tertii ordinis sancti Francisci de Penitentia nuncupatorum congregationis Portugalliae, quod ipsi, quia etiam postquam eorum ordo ab extero superiori generali per Nostras in simili forma Brevis die xxix februarii MDCCLXXX. expeditas literas auctoritate apostolica exemptus, et in congregationem Portugalliae nuncupandam erectus fuit, antiquas constitutiones servarunt; propterea recursu habito ad dilectum filium Nostrum Vincentium Sanctae Romanae Ecclesiae presbyterum cardinalem Ranuzium nuncupatum, ut nullitates ex observantia antiquarum constitutionum hujusmodi usque ad novarum consti-

busque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrariam quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice limitat, specialiter, et expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petram sub annulo piscatoris die secunda junii anno millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo secundo.

DEVI.

Dat. Romæ  
2. Junii  
1786  
ANNO XII.

Confirmatio legum pro bibliotheca Angelica conditarum cum institutione theologi assistentis eidem bibliothecæ pro Augustino Antonio Giorgi vicario generali Eremitarum sancti Augustini.

Pius PP. VI

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Quemadmodum ex publicis bibliothecis provide institutis, et prudenter administratis, non mediocri utilitas in Christianam rempublicam, et societatem ipsam promanât, ita Nos decet, ut ea, quæ ad illas stabilendas maxime conferunt, et ornandas, apostolica auctoritate cum se præbeat occasio firmemus, quo fructus exinde proveniant uberiores.

Expositio proemii.

§. 2. Cum itaque, sicut dilectus filius Augustinus Antonius Giorgi fratrum ordinis Eremitarum sancti Augustini expresse professus in sacra theologia magister, ejusdemque ordinis vicarius generalis, nec non publicæ bibliothecæ Angelicæ nuncupatæ conventus sancti Augustini de alma urbe bibliothecarius Nobis nuper exponi fecit, ipse de ejusdem bibliothecæ incremento, et splendore apprimè sollicitus, locum sui officium theologi assistentis eidem bibliothecæ erigi, seu institui cupiat sub certis legibus videlicet.

Tenor legum  
conditarum  
pro gubernio  
bibliothecæ.

§. 3. I. Quod dictus theologus assistens omnem operam suam personaliter conferre debeat in ejusdem bibliothecæ curam, sub directione ta-

men bibliothecarii pro tempore, a quo in exercitio sui muneris hujusmodi dependere teneatur.

II. Quod sit in sacra theologia magister per viam, ut dicunt, di regenzia, ac in disciplinis, et eruditione ita versatus, ut utilitatem etiam publicam possit afferre; insuper ad eundem bibliothecæ decus, ut literariæ reipublicæ per aliquod opus in lucem æditum, optimi ingenii sui præberet testimonium.

III. Quod decus honorarium, seu stipendium ex redditibus certæ possessionis in territorio Ariminoensi a dicto Augustino Antonio vigore quarundem Nostrarum literarum in simili forma Brevis, quarum initium = *Commissa utilitati Nostræ* = die decima tertia februarii anni MDCCLXXXIV. expeditarum, acquisitæ, annuatim ei præstari debeat.

IV. Quod futuris temporibus in cessum, vel decessum prædicti theologi, aut alias, dum hujusmodi munus vacare contigerit, juris sit bibliothecarii tunc existentis, tres ex qualibet natione, et provincia dieti ordinis professores et magistros priori generali ejusdem ordinis proponere, qui ex hisce quem voluerit, ad dictum munus valeat eligere.

V. Quod, et si in instrumento donationis dictæ bibliothecæ per bonæ memoriæ Angelum Rocca dum viveret episcopum Porphiriensem condito, expresse habeatur §. XXII. = *Che nella libreria non si possano multiplicare le chiavi, ma sia una sola, e quella sia sempre tenuta dal bibliotecario = nihilominus rationi magis consentaneum videtur, ut prævia abrogatione conditionis hujusmodi, duxè posthac, nec plures sint hæ claves, quarum unam debitis cum cautelis theologo assistenti per ipsummet bibliothecarium tradatur; bibliothecarii autem obitu eveniente utraque cum expresso assensu prioris generalis a dicto theologo assistente servetur, usquequo novus bibliothecarius eligatur, cui, statim ac electus fuerit, coram electoribus debeant consignari. Si autem contingat mori bibliothecarium, eique jam factum esse ex apostolico privilegio coadjutorem cum futura successione, tunc et eo casu huic coadjutori succedenti, clavim etiam suam theologus assistens debeat consignare, quam ceteroquæ novus bibliothecarius die ipso, quo possessionem bibliothecæ, et tituli adipiscetur, ei reddere teneatur.*

XI. Denique, quod hic theologus adnumeretur in familia prædicti conventus sancti Augustini, a quo tamquam filius alimenta suscipiat.

Petitio pro obtinenda dictarum legum confirmatione, et deputazione theologi assistentis.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, memoratus Augustinus Antonius non modo præinsertas leges a Nobis adprobari, et confirmari, verum etiam dilectum pariter filium Richardum Tecker prædicti ordinis expresse professum, in sacra theologia magistrum, ac publicum ejusdem theologiæ professorem, nec non generalem assistentem Germanicæ ejusdem ordinis, religionis zelo, doctrina, et prudentia satis commendatum, ad munus theologi assistentis hujusmodi obeundum cum annuo honorario scutorum triginta monetæ Romanæ, prout inter se, et dictum Richardum conventum est, pro prima vice a Nobis eligi: nec non dicto bibliothecario duos laicos, seu conversos prædictorum ordinis, et conventus, qui dum dicta bibliotheca de mane patebit, operam suam ad publicam commoditatem in ea impendere teneantur, absque tamen servitii dispendio, quod extra matutinas horas, et quando dicta bibliotheca clausa extiterit ratione munerum per superiores sibi demandatorum præbere debent, eligendi facultatem, cui a superioribus, et fratribus sæpèdicti conventus, adversari nequeat (præsertim cum vestiarium saltem pro medietate ab eodem bibliothecario illis suppeditabitur) per Nos concedi plurimum desideret. Nobis propterea dictus Augustinus Antonius humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, ac ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 5. Nos igitur dictum Augustinum Antonium specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: præinsertas leges, seu statuta, auctoritate apostolica, tenore præsentium adprobamus, et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robor adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus. Præterea memoratum Richardum Tecker in theologum assistentem bibliothecæ Ange-

lioræ prædictæ, cum annuo honorario, seu pensione ex fructibus dictæ possessionis sitæ in territorio Ariminensi, usque ad summam scutorum triginta monetæ ei persolvenda, auctoritate apostolica, tenore præsentium facimus, constituimus, et deputamus; dictoque bibliothecario, suisque in eodem munere successoribus, ut duos dictorum ordinis, et conventus laicos, seu conversos; qui matutinis horis, et iis tantum diebus, quibus ad publicam commoditatem dicta bibliotheca aperietur, eidem bibliothecæ deservire teneantur; in reliquis autem demandata sibi per superiores munera adimpleant, eligere libere, et licite valeant, facultatem, cui nemo, nequidem ipsi superiores adversari possint, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ omnibus, et singulis ordinis, et conventus prædictorum superioribus, fratribus, et personis, ut dictum Richardum in theologum assistentem bibliothecæ prædictæ recognoscant, eique in omnibus ad idem officium pertinentibus faveant, et assistant.

§. 6. Discernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere; ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter cogerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et conventus, ac bibliothecæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter ex-

Derogatio contrariorum.

pressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda junii anno millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno duodecimo.

DCVII.

Confirmatio electionis sanctorum martyrum Abdon, et Senen in patronos principales oppidi de Sarreal Tarraconensis diocesis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **C**um sicut dilecti filii clerus sæcularis, et populus communitatis oppidi nuncupati de Sarreal Tarraconensis diocesis Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi, accedente etiam assensu dilecti filii moderai vicarii generalis venerabilis fratris archiepiscopi Tarraconensis, electionem sanctorum martyrum Abdon, et Senen in patronos principales dicti oppidi per eos factam a Nobis confirmari plurimum cupiant. Nos attendentes, quod electio hujusmodi servatis servandis, et juxta præscriptum in decreto felicitis recordationis Urbani pp. VIII. prædecessoris Nostri desuper edito legitime facta fuit, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, et attenta relatione dilecti etiam filii magistri Julii Mariæ de Somalia congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum secretarii: electionem prædictam de sanctis martyribus Abdon, et Senen in patronos principales dicti oppidi, ut præfertur, factam, auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus: præterea festivitati prædictorum sanctorum martyrum Abdon, et Senen in patronos provinciales electorum, prærogativas omnes sanctorum protectorum principalium festis competentes aucto-

ritate, et tenore prædictis tribuimus, atque concedimus.

§. 2. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque clero, et populo in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda junii millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo secundo.

DCVIII.

Facultas deputatis seminarii clericorum Foroliviensium ineundi concordiam cum hæredibus bo. me. Josephi Vignoli dum viveret episcopi Foroliviensis, super lite inter eos orta quoad restitutionem cujusdam summæ.

Venerabili fratri episcopo Foroliviensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater  
Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. **E**xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderai deputati seminarii clericorum civitatis Foroliviensis, quod palatium episcopale Foroliviense tempore, quo bonæ memoriæ Josephus Vignoli dum viveret episcopus Foroliviensis ad eandem ecclesiam promotus fuit, quia magnis indigebat reparationibus, idem Josephus episcopus in collegio olim clericorum regularium suppressæ societatis Jesu, et ex tunc ad dictum seminarium spectante, suam habitationem elegit, ubi usque ad sui obitum commoratus est, relicto interim dicto palatio liberæ dispositioni ejus-

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariorum.

Dat. Romæ  
11. junii  
1786  
anno XII.

Expositio præcæm.

Dat. Romæ  
2. junii  
1786  
anno XII.

Ratio, et tenor concessionis.



dem seminarium ad suos alumnos inibi collocandos: postmodum vero, ex eo, quod anno 1781. ejusdem seminarium aedes vi terræmotuum gravia damna passæ fuerant, quibus reparandis prædicti seminarium redditus impares omnino erant, tunc existentes deputati dicti seminarium memorato Josepho episcopo supplicarunt, ut reparationes dictarum ædium magis necessarias propriis sumptibus fieri curaret, recepturus impendendæ pecuniæ representationem ab ipso seminario: manus itaque ad hujusmodi reparationem admovit idem Josephus episcopus, et in ea quatuorcentum, et duodeviginti scuta monetæ Romanæ, obolosque vigintinovem, cum uno denario insumpsit. Vita demum functo dicto Josepho episcopo, capitulum, et canonici tunc existentes insignis (ut asseritur) collegiæ ecclesiæ sancti Venantii Camerinensis tamquam hæredes a prædicto Josepho episcopo in suo sub quo ab humanis decessit condito testamento instituti, pro restitutione summæ, ut præfertur, impensæ penes dictos deputatos insteterunt; deputati vero prædicti adduxerunt sibi deberi pensionem tum pro collegio a dicto Josepho episcopo habitato pro eo temporis spatio, quo certis de causis non retinuerunt alumnos in palatio præfato, tum pro mobilibus dicti collegii, quibus idem episcopus usus fuerat. Reluctantibus itaque hæredibus prædictis ea potissimum fulti ratione, quod nihil de hujusmodi pensione cum dicto episcopo tempore habili fuisset conventum, aliisque rationum momentis productis, lis inter utramque partem in curia episcopali Foroliviensi de mense januario anni proxime elapsi MDCCLXXXV. fuit introducta, cumque acriter utrimque disceptaretur, mox, perpendedentes dubios esse litium eventus, sumptus insuper in eas faciendos graves admodum existere, ad amicabilem concordiam devenire statuerunt, cujus quidem concordia tenor est qui sequitur, videlicet.

Tenor initia  
concordiæ.

§. 2. Volendosi tanto dal venerabile seminario vescovile di Forlì per una parte, quanto dal reverendissimo capitolo dell'insigne collegiata di san Venanzio di Camerino come erede della chiara memoria di monsignor Giuseppe Vignoli patrizio Camerinese, e già vescovo di questa città di Forlì istituito nell'ultimo suo testamento consegnato in forma sigillata li 9. giugno 1781. al signor Vincenzo Milani no-

taro publico, e cancelliere della curia vescovile di detta città, per i di cui atti fu aperto, e pubblicato li 2. aprile 1782. dall'altra parte dirimere la lite, e causa pendente fra di loro in questo foro ecclesiastico, e togliere ogni altra questione, che potesse eccitarsi, ben consapevoli, che l'esito delle liti è sempre dubbio, ed incerto, ma certi peraltro sono i dispendj, i disturbi, e le inquietudini, perciò per questi, ed altri prudenti motivi hanno trattato, e fra di loro stabilito in voce, salvo però hinc inde il beneplacito apostolico, l'amichevole composizione, concordia, e transazione nella maniera, e forma diffusamente espressa nel memoriale, che per riportare detto beneplacito apostolico ha il suddetto venerabile seminario umiliato alla sagra congregazione de' Vescovi, e Regolari, il quale dall'istesso s. tribunale con suo benignissimo rescritto essendo stato rimesso a monsignore illustrissimo, e reverendissimo vescovo di questa città con facoltà di approvare detta concordia, perciò egli con suo decreto fatto susseguentemente ha in qualità di delegato della detta sagra congregazione approvata la medesima transazione, ed ha abilitato l'uno, e l'altro luogo pio ad effettuarla, esponendone publico, e giurato istromento in favore ec. e come meglio dal detto memoriale, e rescritto di essa s. congregazione, decreto esecutoriale del predetto monsignor vescovo, e di altri atti consecutivi fatti in questa curia vescovile, copia autentica de' quali attualmente mi si consegna per obligare al presente istromento, ut sit pars etc. et ad omnem etc.

Prevalendosi adunque non meno il detto venerabile seminario, che il suddetto reverendissimo capitolo di s. Venanzio delle suddette facoltà loro attribuite, hanno deliberato di unanime consenso di venire alla stipolazione del suddetto istromento.

Laonde alla presenza di me notaro, e de' testimoni infrascritti ec. personalmente costituiti li signori ec. sponte ec. ac omni ec. in detti nomi ec. e con mutua stipolazione ec. approvato, e confermano per vera la detta narrativa, ed in seguito del convenuto, come sta espresso nel suddetto memoriale presentato alla sagra congregazione, dovendo il detto venerabile seminario in piena, e totale soddisfazione di tutto quello, e quanto andasse fia qui debitore coll'eredità di detto monsignor

K k k k

Vignoli pagare, e sborsare al suddetto reverendissimo capitolo come erede del medesimo scudi trecento cinquanta; perciò detti signori deputati ec. attualmente, ed in contanti pagano, numerano, e sborsano al detto signor Giacinto Masini come procuratore ec. scudi duecento in tante buone monete ec. dei quali così ricevuti ec. ne ha fatto, e fa al detto venerabile seminario, per cui accettano, e stipolano li predetti signori deputati, una mecum ec. fine, e quietanza. In fede ec. E quanto agli altri scudi cento cinquanta residuali li medesimi signori deputati in nome, e per parte del predetto venerabile seminario hanno promesso, e prometterno di pagarli al suddetto reverendissimo capitolo come erede antedetto nel tempo, e termine di tre anni da computarsi dal giorno di oggi, in fine di ogni anno la rata eguale, in danari effettivi ec. qui in Forl. ec. senza però verun corso di frutti durante dette rispettive dilazioni, perchè così ec. alias ec. et ad omnia ec.

Di più detti signori deputati in nome, e per parte del predetto venerabile seminario hanno rinunciato, e rinunciano in favore dell'eredità del suddetto monsignor Vignoli, e del predetto reverendissimo capitolo come di lui erede non solamente alle pretese delle pigioni, e del nolito de mobili specificate nel ridetto memoriale, ma eziandio a qualunque altra pretesione, e ragione, che avesse, e potesse avere sin qui per qualsiasi altro capo anche qui non dedotte contro il suddetto reverendissimo capitolo nel nome antedetto, perchè così ec.

Ed all'incontro il suddetto signor Giulio Santarelli come procuratore del detto reverendissimo capitolo, attese le cose suddette fatte per parte del detto venerabile seminario, ha rinunciato in detto nome, e rinunzia ampiamente, e per sempre ad ogni, e qualunque ragione, azione, e pretesione, che detta eredità Vignoli, e per essa il suddetto reverendissimo capitolo ha, avesse, o potesse mai avere contro il detto venerabile seminario non solo per i risarcimenti di qualsivoglia sorta, e spese fatte dal detto monsignor Vignoli mentre viveva alla fabbrica dello stesso seminario, ma eziandio per qualsivoglia altro capo, titolo, e motivo anche qui non espresso, perchè così ec.

E finalmente in coerenza di tutto ciò l'una parte, e l'altra s'impongono reciprocamente perpetuo silenzio per

tutte, e singole pretesioni, e ragioni sopraddotte, con promessa vicendevole di non più dedurle, nè di molestarsi in giudizio, nè fuori, condonandosi hinc inde le spese giudiziali sinora fatte, così per patto ec. alias vicissim ec. et ad omnia ec.

Le quali cose tutte ec. singula singulis ec. e per la loro più ferma, ed inviolabile osservanza ec.

§. 3. Sacra congregatio eminentissimorum, et reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præposita, referente eminentissimo Salviati ponente, attenta relatione episcopi Foroliviensis, censuit, si sanctissimo Domino Nostro placuerit per suas literas apostolicas in forma Brevis committi posse eidem episcopo, ut veris existentibus narratis, et postquam compererit in evidentem loci pii utilitatem fore cessuram præfatam concordiam cum pactis, et conditionibus supra expressis pro suo arbitrio, et conscientia approbet, atque confirmet, ita tamen, ut Breve expediat sumptibus communibus. Romæ 12. maii 1786.

F. X. card. De Zelada

Ph. adx. Zuccari subsecretarius.

Loco X. Signi.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, exponentes prædicti, qui probe norunt, concordiam huiusmodi, si fiat, in evidentem dicti seminarii utilitatem cessuram esse, eam idcirco per Nos adprobare, ac subinde publicum instrumentum desuper condere summopere cupiant. Nos dictos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, huius tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum, qui tuam, nec non dilecti filii Nostri Gregorii ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconi cardinalis Salviati nuncupati ponentis, relationes attenderunt, consilio, fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, et postquam compereris in

Relatios. congregat. a. s. Episcoporum, et Regularium super utilitate concordie.

Tener apostolicæ confirmationis.

evidentem loci pii utilitatem fore ces-  
suram prædictam concordiam cum pa-  
ctis, et conditionibus supra expressis,  
auctoritate Nostra apostolica pro tuo  
arbitrio, et conscientia adprobés, atque  
confirmes.

Derogatio con-  
trarioverborum.

§. 5. Non obstantibus constitutioni-  
bus, et ordinationibus apostolicis, di-  
ctique seminarii etiam joramento, con-  
firmatione apostolica, vel quavis fir-  
mitate alia roboratis statutis, et con-  
suetudinibus; privilegiis quoque, indul-  
tis, et literis apostolicis superioribus, et  
personis sub quibuscumque tenoribus, et  
formis, ac cum quibusvis etiam de-  
rogatoriis derogatoriis, aliisque ef-  
ficacioribus efficacissimis, ac insolitis  
clausulis, irritantibusque, et aliis de-  
cretis in genere, vel in specie, ac aliis  
in contrarium præmissorum quomodo-  
libet concessis, approbatis, et innovatis.  
Quibus omnibus, et singulis illorum te-  
nores presentibus pro plene, et suffi-  
cienter expressis, ac de verbo ad ver-  
bum insertis habentes, illis alias in suo  
robore permansuris, ad præmissorum  
effectum hac vice dumtaxat, speciali-  
ter, et expresse derogamus, ceterisque  
contrariis quibuscumque. Datum Romæ  
apud sanctam Mariam Majorem sub  
anno piscatoris die undecima julii  
millesimo septingentesimo octuagesimo  
sexto, pontificatus Nostri anno decimo  
secundo.

DCIX.

Dat. Romæ  
14. Junii  
1786  
anno XII.

Unio cujusdam simplicis beneficii con-  
fraternitati sanctæ Cæcilie civitatis  
Lucanæ.

Venerabili fratri Martino archiepisco-  
po Lucano.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater  
Salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio pre-  
eum prædicta-  
rum ab officia-  
libus confrat-  
ternitatis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fece-  
runt dilecti filii officiales, et confrat-  
res confraternitatis sub invocatione, ac  
titulo sanctæ Cæcilie in collegiata, et  
parochiali ecclesia sanctorum Joannis,  
et Reparatæ civitatis Lucanæ erectæ,  
quod ipsi jaspatronatum unius sim-  
plicis beneficii, seu cappellaniæ sub  
*Bull. Rom. Tom. VII.*

titulo sanctæ Lucie a quodam Do-  
minico Saminati in dicta collegiata ec-  
clesia fundati possideant, ea tamen  
lege, ut unum ex confratribus dictæ  
confraternitatis cæteroquin capacem ad  
dictum beneficium, dum pro tempore  
illud vacare contingat, nominare, ac  
præsentare teneantur; beneficiato au-  
tem, seu cappellano hujusmodi inter  
cætera incumbit onus celebrationis quin-  
que missarum in qualibet hebdomada,  
ac detractis hisce oneribus vix illi scuta  
triginta monetæ Lucanæ supersunt in  
suum usum, ac utilitatem convertenda.  
Cum sicut eadem expositio subjuge-  
bat, per mortem bonæ memoriæ Hip-  
polyti Simonelli, quæ nuperime con-  
tingit, beneficium prædictum de præ-  
senti vacet, ac memorata confrater-  
nitas adeo sit tenui censu, ut quoti-  
dianos sumptus propriis operibus, quæ  
in dicta ecclesia exerceri solent, suf-  
ferre minime possit; huic vero defe-  
ctui consuleretur, quatenus beneficium  
prædictum eidem confraternitati, ea  
tamen lege, ut ab ipsa omnia missa-  
rum, aliæque adnexa onera essent sa-  
tisfacienda, uniretur, ac applicaretur,  
prout uniri, et applicari exponentes  
prædicti summopere desiderant. Nobis  
propterea humiliter supplicari fecerunt,  
ut sibi in præmissis opportune provi-  
dere, et ut infra indulgere de beni-  
gnitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur memoratos expo-  
nentes specialibus gratis, et favoribus  
prosequi volentes, et eorum singula-  
res personas a quibusvis excommuni-  
cationis, et interdicti, aliisque eccle-  
siasticis censuris, sententiis, et pœnis  
quovis modo, et quacumque de causa  
latis, si quas forte incurrerint, hujus  
tantum rei gratia absolventes, et ab-  
solutos fore censentes, supplicationibus  
hujusmodi inclinati, de venerabilium  
fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ  
Ecclesiæ cardinalium concilii Triden-  
tini interpretum consilio, fraternitati  
tuæ, de cujus prudentia, fide, reli-  
gionis zelo, ac in negociis gerendis  
dexteritate plurimum in Domino con-  
fidimus, per præsentem committimus,  
et mandamus, ut veris existentibus  
narratis, adimpletisque omnibus on-  
eribus enociato beneficio adnexis, ac  
durante memorata confraternitate, be-  
neficium prædictum in commodum,  
ac utilitatem dictæ confraternitatis au-  
thoritate Nostra apostolica applices, ei-  
que unias, ac adnectes, firma tamen  
remanente devolutione ejusdem bene-  
ficii ad dictam ecclesiam collegiatam

Tenor conces-  
sionis.

sanctorum Joannis, et Reparatae in casu extinctionis toties memoratae confraternitatis; salva semper in praemissis dictae congregationis cardinalium auctoritate.

Clausula salutare, et irritantes.

§. 3. Decernentes has praesentes litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quoadcumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus de exprimendo vero valore in unionibus, seu applicationibus, illisque committendis ad partes vocatis, quorum interest, et aliis Nostri, et cancellariae apostolicae regulis, et constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, memorati testatoris etiam per ultimam voluntatem dispositionibus, et testamentis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Caeterum non intendimus per praesentes juspatronatum praedictum in aliquo approbare. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub anno piscatoris die decima quarta julii millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno duodecimo.

DEX.

Dat. Romae  
16. junii  
1786.  
anno XII

Indultum celebrandi missam sancti Josephi pro fratribus Carmelitis exalceatis provinciae Mexicanae.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Cum sicut dilectus filius modernus procurator generalis fratrum ordinis beatae Mariae de Monte Carmelo exalceatorum nuncupatorum nomine superiorum, et fratrum provinciae Mexicanae dicti ordinis Nobis nuper exponi fecit, provincia praedicta ad suae devotionis augmentum, missam propriam sancti Josephi sponsi beatae Mariae virginis cum commemoratione desponsationis ejusdem, die decima nona cujuslibet mensis cum cantu celebrare posse summopere cupiat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, attenta relatione dilecti filii magistri Karoli Erskine fidei promotoris: ut in posterum a fratribus memorati ordinis beatae Mariae de Monte Carmelo exalceatorum provinciae Mexicanae die decima nona cujuslibet mensis celebrari possit cum cantu missa propria sancti Josephi sponsi beatae Mariae virginis cum commemoratione desponsationis ejusdem cum sancto Josepho, exceptis duplicibus primae, et secundae classis, non ommissa tamen missa conventuali de festo occurrente, auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus, et indulgemus.

Ratio, et tenor  
concessionis.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec nou ordinis, et provinciae praedictae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac

Derogatio contrariorum.

cum quibusvis etiam derogatarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque; et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 3. Volumus autem, ut earundem presentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta junii millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno duodecimo.

DCXI.

Dat. Romæ  
16. junii  
1786  
anno XII.

Ut confessarii collegiatae ecclesiæ sanctorum Cosmæ, et Damiani villæ de Cavarruvia Burgensis diocesis recitare valeant feria quinta post dominicam tertiam quadragesimæ officium sanctissimi Sacramenti sub ritu duplici majori.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Ratio, et tenor concessionis.

§. 1. Cum sicut accepimus, in ecclesia collegiata sanctorum Cosmæ, et Damiani martyrum villæ nuncupatæ de Cavarruvia Burgensis diocesis singulis annis feria quinta, et sexta post dominicam tertiam quadragesimæ nonnulli presbyteri ad excipiendas Christifidelium sacramentales confessiones soleant convenire; cumque, attentis peculiaribus circumstantiis, summo opere conduceret, ut presbyteri prædicti feria quinta prædicta officium sanctissimi sacramenti sub ritu dup. maj., et sequenti feria sexta officium de dictis

sanctis martyribus recitare possent. Nos attenta relatione dilecti filii magistri Karoli Erskine fidei promotoris, supplicationibus quoque desuper Nobis humiliter porrectis inclinati: omnibus, et singulis presbyteris, qui in posterum audiendis confessionibus in prædicta ecclesia collegiata sanctorum Cosmæ, et Damiani operam dabunt, ut singulis annis feria quinta post dominicam tertiam quadragesimæ officium sanctissimi Sacramenti sub ritu duplici majori: feria autem sexta sequenti officium sanctorum martyrum Cosmæ, et Damiani sub ritu semiduplici: dummodo tamen dictis feriis quinta, et sexta non occurrat aliquod officium ritus duplicis, vel semiduplicis, recitare libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore presentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictæque collegiatae ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores presentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta junii millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo secundo.

DCXII.

Dat. Romae  
16. Junii  
1786  
anno XII.

Indulgetur utroque clero civitatis, et diocesis Mexicanæ, ut recitare valeat officium, et missam beatæ Mariæ de Bethlehem.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Ratio, et tenor  
concessionis.

§. 1. Cum sicut venerabilis frater modernus archiepiscopus Mexicanus in Indiis Nobis nuper exponi fecit, ipse ad satisfaciendum piæ devotioni, quæ in suis civitate, et diocesi Mexicana in Indiis erga beatam Mariam Virginem sub titulo de Bethlehem summo opere viget, officium proprium cum missa ejusdem beatæ Mariæ virginis jam pro ordine Bethlehemitico approbatum recitandum dominica tertia post Epiphaniam sub ritu duplici majori ad utramque clerum prædictæ civitatis, et diocesis per Nos extendi summo opere cupiat: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur dictum modernum archiepiscopum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censes, hujusmodi supplicationibus inclinati, attenta relatione dilecti filii magistri Karoli Erskine fidei promotoris; ut in posterum officium proprium cum missa beatæ Mariæ virginis sub titulo de Bethlehem jam pro ordine Bethlehemitico approbatum ab utroque clero civitatis, et diocesis prædictæ dominica tertia post Epiphaniam sub ritu duplici majori, servata tamen rubricarum dispositione, recitari libere, et licite possit, et valeat auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictarumque civitatis, et diocesis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum

quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus in judicio, et extra illud adhiberetur, si foreat exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta Junii millesimo, septingentesimo, octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno duodecimo.

DCXIII.

Dat. Romae  
20. Junii  
1786.  
Anno XII.

Erigitur terra Corinalti Senogalliensis diocesis in civitatem.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Dum singularem fidei constantiam, et eximiam devotionis affectum, quos dilecti filii communitas, et homines terræ nostræ Corinalti Senogalliensis diocesis erga Nos, et hanc apostolicam Sedem gessisse semper, et adhuc gerere comprobantur, vigili meditatione pensamus, dignum, quia potius debitum arbitramur, amplioribus illis honoris, et decoris titulis eos prosequi, quæ jam pridem, si rerum vices sic tulissent, a prædecessoribus Nostri maturæ benevolentiae testimonium ipsis fuissent concessa; ut hæc nova beneficia suam fidem, et studium erga Romanam ecclesiam illorum matrem, et dominam in dies impensius intendant, ac cæteri ad similia largitionis munera promerenda inducantur; alias siquidem sicut eadem communitas, et ho-

Laudes terræ  
Corinalti.

mines dictæ terræ Corinalti Nobis nuper exponi fecerant, feli recordationis Leo pp. X. prædecessor Noster, quod oppidani prædicti in suis difficillimis temporibus, et dum pene tota provincia Marchiæ ab Ecclesiæ Romanæ hostibus tenebatur, singularem fidem, atque constantiam ostenderunt, et asperam, atque longam obsidionem, et omnia pericula, atque damna pati, ac æquo animo ferre maluerunt, quam a Sedis apostolicæ devotione, et solita obedientia declinare, in præmium laborum, et gravaminum, quæ propterea ipsi perpassi sunt, nedum varias exemptiones, et gratias per suas in simili forma Brevis die sexta decembris MDXVII. expeditas literas eis concessit; sed etiam, ut asseritur, episcopalem cathedram in dicta terra erexisset, ac civitatis titulum, et honorem ad preces bonæ memoriæ Bernardi sanctæ Mariæ in Porticu, dum vixit, cardinalis de Bibiena tunc in ea provincia de latere legati ei donasset, nisi Corinaltensibus ipsis rogantibus, cum ob graves sumptus, quos tum pro mœniis sui oppidi, seu terræ restaurandis, cum pro resarciendis immodicis damnis a bello eorum territorio inlatis agere cogebantur, onera quæ huic decori conjuncta erant, sustinere impares essent hujusmodi favor, et gratia in aliud tempus fuisset rejecta, prout ex indubiis constat consilii dictæ terræ actibus.

Ratio concessionis.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat; terra hujusmodi ex suorum incolarum industria ad primævum statum sit jamdiu restituta; ac nedum antiqua ædificia reparata, ac nova intra mœnia, quibus dicta terra cingitur constructa, sed alia etiam suburbana fuerint adjecta, ac illam intra, et extra septem millia hominum circiter colant plures ædes sacræ elegantis formæ sint constructæ, inter quas sæcularis ecclesia collegiata; cui inserviunt duæ dignitates archipresbyter, scilicet et archidiaconus, ac duodecim canonici, quibus jus est, ut asseritur, utendi pallio, seu cappa magna, ac superpelliceo rocchetto nancupato cum quatuor mansionariis, seu beneficiatis, aliisque clericis, extant pariter in ea tres domus, ac duo hospitia Cœnobitarum, novum monasterium virginum Deo sacrarum, præter scholas pias ad puellaram institutionem, octo piorum hominum sodalitates, duo montes frumentarii, ac mons Pietatis ad cujus administratores de infantibus expositis

curam gerere pertinet, immo quatuor etiam professores, grammaticæ videlicet, rhetoricæ, philosophiæ, et theologiæ pro suorum civium utilitate, ac commode sint conducti, ac tandem tum familiarum, ac virorum illustrium fama, ac copia, tum ædificiorum elegantia, ipsaque satis ampli agri ubertas a cæteris pontificiæ Nostræ ditionis, et Picensi terris secernat, huic æquitati consonum videtur, ut pro terræ hujusmodi, nec non illius, ac sui territorii incolarum honore dictam terram civitatis titulo, ac nomine, quo alias memoratus Leo prædecessor, ut præfertur, in mutæ benevolentiæ signum illam insignire destinaverat, condecoremus, prout condecorari exponentes prædicti summopere desiderant, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur.

§. 3. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrierint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, atque etiam motu proprio, ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine terram Corinalti prædictam in civitatem tenore presentiam perpetuo erigimus, et instituimus, eique civitatis titulum, et denominationem cum omnibus honoribus, juribus, prærogativis, ac decorationibus, quæ cæteris omnibus ditionis Nostræ pontificiæ civitatibus competere dignoscuntur, nec non magistratui ejusdem terræ in civitatem, ut præmittitur, erectæ consuetis honoribus, et insigniis, quibus aliarum ejusdem ditionis civitatum magistratus, de jure, usu, et consuetudine gaudere, seu uti possunt, pariformiter, ac pari modo, et absque ulla differentia, gaudere, potiri, et uti concedimus pariter, et impertimur; ac ejusdem terræ incolas, et habitatores civium nomine decoramus, ita tamen ut nunc, et pro tempore existens episcopus Senogalliensis in dicta terra per Nos in civitatem erecta residere minime teneatur, sed illa ecclesiæ Senogalliensi, ut prius subjecta remaneat, ac ex honore hujusmodi etiam in guber-

Concessionis tenor.

nium temporale nulla inducatur innovatio.

§. 4. Decernentes has presentes literas, et in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod quicumque in praemissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, neque causae propter quas praesentes emanarint sufficienter adductae, verificate, et justificatae fuerint, aut ex alia quantumvis justa legitima, et privilegiata causa, colore, pretextu, et capite etiam in corpore juris clauso etiam enormis, enormissimae, ac totalis laesionis, ullo noquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, et substantiali, ac inexcogitato, et inexcogitabili, individuanque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, aut adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato, quempiam in iudicio, vel extra, uti, seu se juvare posse, sed ipsas praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quaecumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, sicut in praemissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctae Romanae Ecclesiae praedictae camerarium, et alios cardinales etiam de latere legatos, ac sanctae Sedis nuncios, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit dictae terrae, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgentiis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis

derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et ceteris decretis in genere, vel in specie, ac in aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut quavis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima junii, millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno duodecimo.

DCXIV.

Concessio indulgentiae asequenda ab eis, qui die dominica immediate sequenti post vigesimam primam mensis augusti visitaverint ecclesias ordinis sancti Benedicti congregationis Olivetanae.

Pius PP. VI.  
Universis Christianis fidelibus  
praesentes literas inspecturis

Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem caelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, omnibus, et singulis utriusque sexus Christianis fidelibus vere poenitentibus, et confessis, ac sacra communione relectis, qui aliquam ex ecclesiis monachorum ordinis sancti Benedicti congregationis Olivetanae ubicumque existentem dominica immediate sequente post diem vigesimam primam mensis augusti a primis vespere usque ad occasum solis dominicae huiusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, haeresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ec-

Clausula salutaris, et irritantes.

Derogatio constitutionum.

Dat. Romae  
4. Julii  
1786.  
anno XII.

Ratio, et tenor  
concessionis.



clesiæ exaltatione piæ ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus ad septennium tantum valituris.

Leges peculi-  
res adnexæ, et  
fides habenda  
transumptis.

§. 2. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum, detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentibus nullæ sint; utque earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dictæ congregationis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die iv julii MDCCLXXXVI, pontificatus Nostri anno duodecimo.

Dat. Romæ  
4. augusti  
1786  
anno XII.

DCXV.

Unio monasterii s. Sabini civitatis Placentinæ provinciæ Bononiensis ordinis sancti Hieronymi congregationis Lombardiæ monasterio sanctorum Bonifatii, et Alexii de urbe ejusdem ordinis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Sacrosanctum apostolatus ministerium humilitati Nostræ nullo licet meritorum Nostrorum suffragio divinitus commissum postulat, ut inter multiplices apostolicæ servitutis curas illam peculiari studio suscipiamus per quam Christifideles sub suavi religionis jugo divini numinis obsequiis insistentes felicioribus in dies proficiant incrementis.

Expositio præ-  
cum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectissimus in Christo filius Noster Ferdinandus regius Hispaniarum infans, quod cum ad bonum, ac utilitatem monasterii sancti Sabini monachorum ordinis sancti Hieronymi congregationis Lombardiæ civitatis Placentinæ provinciæ Bononiensis, ac etiam

ad illius regularem disciplinam magis magisque fovendam, conservandamque quam maxime spectaret, si prævia illius dismembratione, ac separatione a monasteriis ordinis prædicti, quibus usque adhuc unitum, ac incorporatum fuit, illud monasterio sanctorum Bonifatii, et Alexii hujus almæ Nostræ urbis, nec non cæteris monasteriis ordinis prædicti in ditione Nostra pontificia existentibus uniretur, et incorporaretur, prout illud dictis monasteriis uniri, et incorporari summopere desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor unionis  
decretæ.

§. 3. Nos igitur piis memorati Ferdinandi infantis votis, quantum cum Domino possumus, annuere, dictique monasterii monachos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ac singulares eorum personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, memoratum monasterium sancti Sabini civitatis Placentinæ provinciæ Bononiensis, prævia illius dismembratione, ac segregatione a monasterio, seu monasteriis ordinis prædicti, cui usque adhuc addictum extitit, cum omnibus suis bonis, domibus, juribus, et actionibus quibuscumque monasterio sanctorum Bonifatii, et Alexii urbis, aliisque monasteriis ordinis, et congregationis prædictarum in ditione Nostra pontificia existentibus auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo unimus, conjungimus, adnectimus, et incorporamus, ac perpetuo unitum, conjunctum, adnexum, et incorporatum esse, et fore edicimus, et mandamus; ita ut monasterium hujusmodi deinceps cum aliis monasteriis prædictis unum dumtaxat corpus, seu provinciam efformet, ac ut servata promiscue cum aliis monasteriorum prædictorum monachis cujuslibet antianitate, et dignitate dicti monachi legibus, ac superioribus ejusdem corporis, seu provinciæ, qui disciplinæ, et dictorum monasteriorum œconomix, nec non monachorum collocationi, guberniorum, et officiorum distributioni præsidebunt

parere omnino debeant auctoritate, et tenore prædictis pariter volumus, et decernimus.

Providetur eis qui novitiatum explere desiderant.

§. 4. Utque insuper unio, et incorporatio hujusmodi cum omni possibili omnium monasteriorum hujusmodi in Domini progressu fiat, statuimus, ut unum ex totius corporis, seu provinciæ hujusmodi monasteriis designetur, in quo ii, qui religionis desiderio tenentur, primi novitiatum curriculum explere, ac subinde professionem regularem expresse emittere libere, ac licite possint, et valeant.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes has præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quascumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

 » pagare l' indicata tassa delle strade  
 » consolari, ma in questa parte, e rap-  
 » porto a qualunque genere d' industria  
 » resti la sua imposizione affatto estin-  
 » ta, ed abolita, come se mai fosse  
 » stata fatta.

§. 5. E perchè poi la cassa del  
 » tribunal delle Strade abbia la dovuta  
 » indenizzazione, e compenso della  
 » diminuzione di entrata, che sarà per  
 » soffrire avuto, che abbia il suo ef-  
 » fetto la surriferita ordinata abolizione  
 » delle tasse su gli opificj, e industrie  
 » di lucro, ed in tal guisa possa il  
 » medesimo continuare a supplire alle  
 » spese occorrenti per l' importante og-  
 » getto del mantenimento, e conser-  
 » vazione delle strade consolari voglia-  
 » mo, che la somma corrispondente  
 » all' annuo ritratto delle medesime tas-  
 » se su gli opificj, e lucrose industrie,  
 » ed effettivamente incassata dallo stesso  
 » tribunal delle Strade netta da tutte,  
 » e singole spese occorse per l' esigen-  
 » za, e da ragguagliarsi sull' ultimo  
 » triennio, si riparta in ciascun' anno  
 » dalla Nostra congregazione del Buon  
 » Governo sopra le surriferite provincie,  
 » cioè Marittima, e Campagna compre-  
 » so Velletri, Lazio compreso Castel  
 » Gandolfo, Sabina, Umbria incluso il  
 » ducato di Spoleto, e Patrimonio col-  
 » lo stato di Castro, Ronciglione, e  
 » Viterbo nel modo, e forma, che  
 » dalla medesima congregazione si giu-  
 » dicherà più conveniente, e con quel-  
 » le giuste proporzioni, che lodevol-  
 » mente suol tenere nell' occasioni di  
 » simili riparti, ad effetto di passarne  
 » poscia il ritratto al predetto tribu-  
 » nale delle Strade nei tempi, e ter-  
 » mini, che al medesimo la stessa  
 » congregazione suole passare il pro-  
 » dotto dell' antica tassa delle strade  
 » consolari, alla quale già si trovano  
 » sottoposte le medesime provincie.

Compensatio-  
 nes concessa  
 in correspeti-  
 vitate favore  
 tribunalis Via-  
 rum.

§. 6. E l' esecuzione di questa No-  
 » stra disposizione commettiamo al re-  
 » verendissimo cardinal Casali prefetto  
 » della predetta Nostra congregazione  
 » del Buon Governo, nell' attenzione,

Deputatio ex-  
 ecutoris aposto-  
 lici.

« e vigilanza del quale confidiamo to-  
 « talmente per le continue prove, che  
 « abbiamo sì del suo zelo, che della  
 « sua indefessa applicazione, ed al qua-  
 « le, oltre alle sue ordinarie, diamo  
 « per l'effetto del riparto di cui si  
 « tratta, tutte le più ample, ed estese  
 « opportune facoltà. E siccome dal pa-  
 « gamento delle anzidette tasse su gli  
 « opificioj, ed industrie di lucro niuno  
 « veniva eccettuato sebbene privilegia-  
 « to, privilegiatissimo, o di qualunque  
 « grado, stato, e condizione si fosse,  
 « essendosi dichiarati nelle medesime  
 « compresi, e ad esse soggetti sino la  
 « reverenda camera, e palazzo aposto-  
 « lico, reverendissimi cardinali, s. of-  
 « fizio, reverenda fabbrica di s. Pietro,  
 « ed ogni altro luogo pio, e persona,  
 « di cui fosse bisogno fare speciale, ed  
 « individua menzione, così nella stessa  
 « forma, e colla medesima generalità  
 « niuno deve andar esente dal paga-  
 « mento del nuovo riparto da farsi co-  
 « me sopra sulle riferite provincie, ad  
 « effetto d'indennizzare la cassa del  
 « tribunal delle Strade della diminu-  
 « zione di entrata, che sarà per risen-  
 « tire, avuto che abbia il suo effetto  
 « l'ordinata soppressione delle tasse su  
 « gli opifizi, ed industrie di lucro,  
 « poichè tale è mente, e volontà No-  
 « stra espressa ».

« §. 7. Volendo, e decretando, che  
 « la presente Nostra cedola di moto  
 « proprio benchè non ammessa, nè  
 « registrata in camera, nè ne' suoi li-  
 « bri, a tenere della Bolla di Pio pp. IV.  
 « Nostro predecessore *de registrandis*  
 « vaglia nulladimeno e debba avere il  
 « suo pieno effetto, esecuzione, e vi-  
 « gore con la Nostra semplice sottoscri-  
 « zione, nè gli si possa mai opporre  
 « di surrezione, orrezione, o altro vi-  
 « zio, e difetto della Nostra volontà,  
 « ed intenzione, e che così, e non al-  
 « trimenti debba sempre nelle cose pre-  
 « messe giudicarsi, e definirsi, da qua-  
 « lunque giudice, e tribunale, benchè  
 « collegiale, e composto di reverendis-  
 « simi cardinali, e degno di special  
 « menzione, togliendo loro qualunque  
 « facoltà, ed arbitrio di decidere diver-  
 « samente; dichiarando Noi fin da ora  
 « nullo, ed invalido tutto ciò, che si  
 « facesse, o potesse farsi in contrario,  
 « ancorchè non vi siano stati chiama-  
 « ti, citati, nè sentiti il commissario  
 « della Nostra camera, il tribunal del-  
 « le Strade, e suoi ministri, ed uffi-  
 « ziali, nè altra qualsivoglia persona,  
 « che vi avesse, o pretendesse avervi

« interesse, non ostante la detta costi-  
 « tuzione di Pio IV. *de registrandis*,  
 « la regola della Nostra cancelleria *de*  
 « *jure quesito non tollendo*, le costi-  
 « tuzioni, ed ordinazioni de' Nostri  
 « predecessori, e Nostre sulla imposi-  
 « zione, e rispettivamente sopra la con-  
 « ferma delle surriferite tasse su gli  
 « opifici, e lucrose industrie, leggi,  
 « statuti, riforme, usi, stili, consue-  
 « tudini, alle quali tutte, e singole,  
 « avendone il loro tenore qui per espres-  
 « so, e di parola in parola inserito, e  
 « registrato, per l'effetto premesso in  
 « quelle parti, che non concordano  
 « col presente Nostro moto proprio spe-  
 « cialmente deroghiamo. Dato dal No-  
 « stro palazzo apostolico Quirinale que-  
 « sto dì 16. settembre 1786.

Pius pp. VI.

« §. 8. Per il puntuale adempimento Executio chi-  
 « aographi.  
 « di queste provide ordinazioni prescritte  
 « da sua Beatitudine nella riferita grazio-  
 « sissima cedola di moto proprio noi pub-  
 « blicheremo in appresso le determina-  
 « zioni, che già si stanno ideando dalla  
 « predetta sagra congregazione, acciò il  
 « nuovo riparto da farsi come sopra sulle  
 « ripetute provincie in compenso delle in-  
 « dicate tasse da sopprimersi nel principio  
 « del prossimo venturo anno 1787., corri-  
 « sponda pienamente alle regole della più  
 « esatta giustizia distributiva, e consequen-  
 « temente non riesca in veruna parte one-  
 « roso. Intanto abbiamo stimato di non  
 « esitare un sol momento a rendere a tutti  
 « palese, come facciamo col presente nostro  
 « editto, questa benefica legge, che al glo-  
 « rioso nome di sua Beatitudine sarà nelle  
 « provincie suddette ben degno oggetto di  
 « eterne benedizioni, affinchè gli abitan-  
 « ti delle medesime possano sino da ora  
 « prendere le opportune misure per in-  
 « trodurre nuovi generi d'industrie, e  
 « vieppiù maggiormente dilatare quelli,  
 « che già si trovano stabiliti, cosicchè  
 « alla prossima esecuzione della lodata  
 « provvidissima legge abbia la stessa San-  
 « tità sua il gradimento d'incominciare  
 « a vedere effettuate le benefiche viste,  
 « che colla medesima si è proposte. Da-  
 « to in Roma questo dì 20. settembre  
 « 1786.

Clausula salu-  
 « tares, et irri-  
 « tantes.

Dat. Romae  
5. octobris  
1786.  
anno XII.

DCXXIV.

Donatio alicujus partis corporis sancti Augustini.

Dilectissimo in Christo filio Nostro Ferdinando regio Hispaniarum infanti.

Pius PP. VI.

Dilectissime in Christo fili Noster Salutem, et apostolicam benedictionem

Proemium.

§. 1. **M**ulto gaudio mens Nostra exultat in Domino, et magna est Nobis ratio gratulandi, cum eximiam tuam in Deum, et in sanctos suos pietatem, et religionem augeri per omnia dono gratiae caelestis agnoscimus, et incrementa tuae in hanc sanctam Sedem apostolicam devotionis, et observantiae experimur.

Ratio concessionis.

§. 2. Itaque ut magis magisque qua benevolentia, quove animi studio, et paternae charitatis affectu quotidie simus te amplexi, tibi innotescat, scientes speciali observantia, ac honore te colere, et revereri sanctum Augustinum, quamvis dudum Romani pontifices praedecessores Nostri quamcumque sacri corporis, et aliarum reliquiarum sancti Augustini, quae, ut pie creditur, in ecclesia sancti Augustini civitatis Ticinensis ordinis nunc fratrum Praedicatorum asservantur, portionem extrahi, vel asportari prohibuerint; nihilominus aliquam dicti sacri corporis particulam tibi donare constituimus.

Tenor concessionis.

§. 3. Quocirca motu proprio, ex certa scientia, et matura deliberatione Nostri, deque apostolicae potestatis plenitudine venerabili fratri Bartholomaeo archiepiscopo episcopo Papiensi per praesentes committimus, et mandamus, ut in actu asportationis dicti corporis sancti Augustini a dicta ecclesia sancti Augustini nunc fratrum ordinis Praedicatorum ad ecclesiam fratrum eremitarum sancti Augustini civitatis Ticinensis aliquam neque maximam, neque exiguam venerabilis dicti corporis partem auctoritate Nostra apostolica pro hac una tantum vice extrahet, et asportet; tibi que concedat, et impertiatur.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opis sit dictae ecclesiae etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roborata, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis

apostolicis superioribus; et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Caeterum post extractionem, et asportationem hujusmodi quascumque Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum prohibitiones in omnibus, et per omnia innovamus, ac in posterum quamcumque etiam minimae dicti corporis, vel aliarum reliquiarum praedictarum particulae asportationem, et extractionem sub iisdem poenis in literis praedecessorum Nostrorum expressis, auctoritate praedicta tenore praesentium districte prohibemus, et interdiciamus, ac per praesentes literas non intendimus supra dictas reliquias in aliquo approbare. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub anno piscatoris die tertia octobris millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo secundo.

DCXXV.

Dat. Romae  
14. novembris  
1786  
anno XII.

Immunitio festorum in civitate, et diocesi Goana in Indiis.

Venerabili fratri archiepiscopo Goano in Indiis.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater. Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. **C**um sicut quaedam sunt, ut inquit sanctus Leo magnus praedecessor Noster, quae nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quae aut pro consideratione aetatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut

Proemium.

in iis, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum; eapropter apostolica hæc sancta Sedes pro paterna erga universos Christifideles benignitate, quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam tradendam necessariarum inopiam non sine conscientie angore contemnantur.

Ratio concessio-  
nis.

§. 2. Quoniam autem sicut pro parte tua Nobis expositum fuit, eidem fraternitati tuæ innotuit, quod in civitate, et diœcesi Goana adeo excreverunt calamitates, et angustie propter presentium temporum infortunia, ut miseri illius habitatores, incolæque, et præsertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, persæpissime cogantur (quamvis animo invito) dies festos negligere, operibusque mechanicis sese addicere pro pane lucrando, et id eo facilius contingat ob excrementum dierum festorum numerum, ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessio-  
nis.

§. 3. Nos itaque, qui Christifidelibus quantum cum Domino possumus, salutare remedium potius ad æternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste sustinendam adhibere, quam per severiorem ecclesiasticæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos incolas specialibus gratis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christifidelibus prædictarum civitatis, et diœcesis Goanæ, ut deinceps, exceptis omnibus diebus dominicis, nec non Natali Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschatis Resurrectionis, et sequenti,

Pentecostes, et sequenti, ac corporis Christi, Ascensionis, sancti Joannis Baptistæ, ac sanctorum Petri, et Pauli, ac Jacobi apostolorum, et commemorationis omnium sanctorum; præterea quinque dicatis Beatæ Mariæ virginis immaculatæ, scilicet, Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non sancti patroni, et tutelaris cujuslibet loci pro hominibus ejusdem loci dumtaxat festivis diebus, in quibus integra maneat præcepti obligatio, in reliquis vero festis sive per hanc sanctam Sedem præceptis, sive per synodales earundem civitatis, et diœcesis constitutiones, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem etiam auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, præceptis, præscriptisque, audita tantum missa, laboriosis suorum artium exercitationibus, servilibusque operibus, sine ullo prorsus conscientie scrupulo vacare possint, auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, permittas, ac statuas, præcipias, ac mandes.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non civitatis, et diœcesis prædictarum, illarumque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbo insertis habeatis, illis alias in suo robore permanentis, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub aunulo piscatoris die decima quarta novembris millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno duodecimo.

Derogatio con-  
trariarum.



Dat. Romae  
17. novembris  
1786  
anno XII.

DCXXVI.

**Suppressio monasterii sanctimonialium ordinis Cisterciensis in loco Bersebruk Osnabrugensis diocesis existentis, et applicatio honorum in erectionem scholarum pro catholicis.**

Venerabili fratri Maximiliano Francisco, archiepiscopo Coloniensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater  
Salutem, et apostolicam benedictionem

Proemium.

**§. 1.** Postquam Deo placuit omnipotenti, qui ex summa misericordia, et bonitate sua vocat ea, quæ non sunt, tamquam ea, quæ sunt, humilitatem Nostram ad universalis Ecclesiæ regimen vocare, ex eo tempore Nos inter cætera ad hoc esse constitutos plane intelleximus, ut scilicet catholicam religionem totis viribus promovere, eamque adjuvante Dei gratia adversus heterodoxorum præsertim conatus tueri impigre studeremus; quamobrem dum pastorem fraternitati tuæ vigilantiam in Domino commendamus, tuis petitionibus assensum præbendum esse arbitramur.

Expositio precum ad rem correctarum ab archiepiscopo Coloniensi.

**§. 2.** Nuper quidem a te accepimus, quod cum nuper inter catholicos ex una, et heterodoxos confessioni Augustanæ addictos diocesis Osnabrugensis ex altera partibus de ac super scholarum privatarum numero exorta dissidia nuper composita extiterint, acatholici summum, quantum possunt, adhibent studium, ut in transactionis hujusmodi executionem undique suæ scholæ erigant; dum interim nullæ, a catholicis ob necessariæ dotationis defectum instituantur; quod quidem in catholice religionis detrimentum redundare necesse est. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, in dicta diocesi Osnabrugensi in loco Bersebruk nuncupato existet monasterium sanctimonialium ordinis Cisterciensis, quarum numerus vix ad novem moniales præter abbatissam pertingit, exiguaque sit spes, ut numerus hujusmodi augeatur, quinimo paulatim decrescet, et quatuor alia monasteria sanctimonialium in eadem diocesi superextent, in quibus dicte novem moniales, et abbatissa recipi commode possunt; hinc ad catholicæ religionis bonum quam maxime spectare videretur, si prævia ejus-

Bull. Rom. Tom. VII.

dem monasterii suppressione, bona ad illud spectantia in dotationem scholarum hujusmodi pro catholicis erigendarum addicerentur, et unirentur, prout addici, et uniri etiam nomine dilectorum filiorum canonicorum, et capituli cathedralis ecclesiæ Osnabrugensis summo opere desideras, ipsique non minus desiderant.

**§. 3.** Nos igitur animarum Christianifidelium saluti consulere, tuisque, ac capituli prædicti votis quantum cum Domino, possumus annuere volentes, fraternitati tuæ, capituloque prædicto insimul per præsentem committimus, et mandamus, ut monasterium sanctimonialium prædictum ordinis Cisterciensis in loco de Bersebruk erectum Osnabrugensis diocesis auctoritate Nostra apostolica supprimas, et extinguas, ac suppressum, et extinctum esse constitues, atque declares; sanctimoniales autem in eo existentes ad alia monasteria ejusdem diocesis ipsis benevisa prævio tamen monialium monasteriorum, ad quæ erunt traducendæ consensu, et assignata illarum cuilibet ea vitalitæ pensione, quæ juxta rerum vices tibi, capituloque antedicto congrua videbitur, ex bonis dicti sic suppressi monasterii persolvenda, eadem auctoritate transferas. Bona porro mobilia, et immobilia ad monasterium hujusmodi quomodolibet spectantia, et pertinentia, salvis tamen missarum, aliorumque legatorum piorum oneribus in scholarum pro catholicis instituendis erigendarum dotationem dicta auctoritate addicas, unias, et incorpores. Nos enim tibi, ac eidem capitulo necessariam, et opportunam facultatem ad præmissa, et circa ea, quæ ad optatum finem illa perducenda pertinent, faciendi, gerendi, dicendi, et exequi mandandi ea omnia, quæ componere, ac constituere pro tua prudentia magis in Domino salubriter expedire conspexeris facultatem auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimus.

Eidem archiepiscopo committitur, ut monasterium supprimat, et bona concedat scholis instituendis, salvis missarum oneribus.

**§. 4.** Decernentes has præsentis litteras etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec vocati, et auditi, neque causæ propter quas præsentis emanarunt, adductæ, verificatæ, aut justificatæ ullatenus fuerint; ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intensionis Nostræ, aut alio quovis defectu etiam quantumvis magno inexcogitato, et substantiali; sive

Omne remedium juris tollitur adversus præsentis litteras.

N n n

etiam ex eo, quod in eisdem præmissis solemnitates, ac quævis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, vel ex quocumque alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante etiam in corpore juris clauso, sive etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, et quovis alio prætexto, occasione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabilis, et privilegiata etiam talis, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimendâ foret, notari, impuguari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, aut aliud quocumque juris, et facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concessio, vel impetrato quemquam in iudicio, vel extra illud uti, seu se jurare posse; sed ipsas præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, de jure quæsito non tollendo, ac de exprimendo vero valore in suppressionibus, unionibus, seu applicationibus, illisque committendis ad partes vocatis, quorum interest, et aliis Nostræ, et cancellariæ apostolicæ regulis, nec non Lateranensis concilii uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dicti monasterii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apo-

stolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima septima novembris millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno duodecimo.

DCXXXVII.

Dat. Romæ  
24. novembris  
1886.  
anno XII.

Ut officium, et missa de communi Confessorum non Pontificum beati Nicolai Factor ordinis minorum sancti Francisci de observantia celebrari possit in regnis Hispaniarum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Cum sicut dilectus filius eques Nicolaus de Azara carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum regis catholici apud Nos, et Sedem apostolicam minister plenipotentarius Nobis nuper exponi fecit, memoratus Karolus rex ob specialem devotionem, qua fertur in beatum Nicolaum Factor ordinis minorum sancti Francisci de Observantia, officium, et missam de communi Confessorum non Pontificum primo loco cum orationibus propriis, jam per Nos die xxiii augusti currentis anni in honorem ejusdem beati Nicolai adprobatis ad clerum sæcularem, et regularem utriusque sexus omnium regnorum, et dominiorum eidem Karolo regi subjectorum per Nos extendi summopere cupiat. Nobis propterea dictus eques Josephus Nicolaus ejusdem Karoli regis nomine humiliter suppli-

Ratio concessionis.

cari fecit, ut in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos itaque piis prædicti Karoli regis votis annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, atenta relatione dilecti filii Julii Mariæ de Somalia congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum secretarii; supradictum officium, et missam de communi Confessorum non Pontificum primo loco cum orationibus propriis, jam per Nos, ut præfertur, adprobatis, ad clerum sæcularem, et regularem utriusque sexus omnium regnorum, et dominiorum eidem Karolo regi subjectorum sub ritu duplici minori, servata tamen rubricarum dispositione, auctoritate apostolica tenore præsentium extendimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore, quacumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictorumque cleri, et regnorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac talis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore, permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis

etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vigesima quarta novembris millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno duodecimo.

DCXXVIII.

Dat. Romæ  
28. novembris  
1786.  
Anno XII.

Damnatio, et prohibitio libri Germanico idioma editi, cujus titulus latine sonat = *Quid est papa* =.

Pius pp. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **S**uper soliditate petræ fundatam a Christo Ecclesiam, Petrumque singulari Christi munere præ cæteris electum, qui vicaria potestate apostolici chori princeps existeret, totiusque adeo gregis pascendi, fratres confirmandi, totoque orbe ligandi, ac solvendi summam curam, auctoritatemque in successores omni ævo prorogandam susciperet: dogma catholicum est, quod ore Christi acceptum, perenni patrum prædicatione traditum, ac defensum, Ecclesia universa omni ætate sanctissime retinuit, sæpiusque adversus novatorum errores summorum pontificum, conciliorumque decretis confirmavit. In hoc scilicet apostolicæ cathedræ principatu firmum voluit Christus, constrictumque teneri unitatis vinculum, quo Ecclesia per universum mundum propaganda, ex membris quantumcumque dissitis, mutua omnium in uno capite consociatione in unam corporis compagem coalesceret, fieretque adeo, ut hujus vis potestatis non tantum ad primæ Sedis amplitudinem, sed et maxime ad corporis totius integritatem, incolumitatemque valeret. Minime proinde mirum, quotquot omnibus retro sæculis extiteret, quibus antiquus humani generis hostis hostile snum in Ecclesiam odium infudit, in hanc primum Sedem irruere consuevisse, qua unitatis firmitas continetur,

Proemium.

ut disjecto, si fieri posset, fundamento, ac dirempta ecclesiarum cum capite conjunctione, qua potissimum nituntur, vigent, ac efflorescunt, ipsammet Ecclesiam, fractis viribus misere afflictam, ac dilaceratam, libertate spoliarent, qua Christus eam donavit, indignæque servituti addicerent.

Detegitur im-  
pū auctoris  
consilium in  
editione libelli

§. 2. Hos inter, paucos ante annos procacis vir ingenii, damnatis dudum opusculis, nimium jam notus *Eybel*, novo exemplo infesti sui in Nos et apostolicam hanc Sedem animi testimonium edidit: qui nempe audito nuntio itineris a Nobis religionis causa suscepti, libellum suis popularibus obtrudere properavit, hac inverecunda inscriptione: *Quid est papa?* Quo plenum illud pietatis studium, quod adventus Nostri expectatio commoverat, restingeret, ipsumque decus pontificiæ dignitatis, in sacerdotalis ordinis invidiam, popularisque cœtus contemptum adduceret. Non tamen passus est misericors Deus improbi eum voti competentem fieri: quippe tanta ipsorummet suorum, quos abalienare a Nobis studebat, celebritate, et frequentia, tanta omnium ordinum gratulatione, ac plausu excepti sumus, prorsus ut perspicuum fieret, quamquam nullis Nostri meritis in Petri Sedem, divina disponente providentia, erecti sumus, divino tamen numinis ejusdem consilio provisum esse, ne honori, qui Petro debetur, successoris indignitas obesset.

Illud spernere  
pontifex voluit  
set, sed melius  
duxit etiam  
damnare.

§. 3. Ac tum quidem abstinendam duximus a libello merita damnatione notando; primum vel suspicacioribus, qui non desunt, hominibus, dolori potius Nostro indulgissè, quam officio paruisse videremur: dein quod oblivione protinus obruendum videri poterat opusculum ejusmodi, quod tenuerit per sese nil momenti afferret præter procaciorum quorundam in veteribus calumnias retexendis licentiam. Nuper vero, cum acceperimus, levitate ipsa operis, factum esse, ut, qui semper parati sunt superseminare zizania inimicis homines, repetitis illud typis, nec patrio tantum sermone, sed et in aliis plures, qui et in *Græcam* vulgarem linguam, translata longe, lateque divulgari, curarent hoc nimirum consilio, eaque spe inducti fore, ut, scripti jocularis licentia non paucos ad legendum alliceret, scriptoris in affirmando confidentia incautis, qui nec pauci sunt, illuderet; nullam Nobis moram interponendam novimus, quominus gliscenti malo in dies, quantum in No-

bis est, occurramus, omnique studio et opera enitamur, ut qui pacem, et unitatem Ecclesiæ scindere quærunt (utinam non domestici hostes) ad saniora consilia revocentur, aut ne horum fallacis irretiti bonarum etiam mentium fideles ab Orthodoxæ fidei constantia in profanas insurgentium errorum novitates miserrime abducantur.

§. 4. Et sane cum monente Augustino, in cathedra unitatis posuerit Deus doctrinam veritatis, contra infelix iste scriptor nil non molitur, quo hanc Petri Sedem modis omnibus vexet, ac oppugnet, qua in Sede constitutam patres unanimi sensu cathedram eam coluere, *Qua in una unitas ab omnibus servaretur; e qua in reliquis omnes venerandæ communionis jura dimanant; ad quam necesse sit omnem Ecclesiam, omnes, qui undique sunt, fideles convenire.* Non ille veritus est fanaticam turbam appellare, quam prospiciebat ad aspectum pontificis in has voces erupturam: hominem eum esse, qui claves regni cœlorum, cum ligandi, solvendique potestate a Deo acceperit, cui non alius episcopus exæquari valeat, a quo ipsi episcopi auctoritatem suam recipiant, quemadmodum ipse a Deo supremam suam potestatem accepit: eundem porro vicarium esse Christi, caput Ecclesiæ visibile, judicem supremum fidelium. An ergo, quod horribile dictu, fanatica fuerit vox ipsa Christi claves regni cœlorum cum ligandi, solvendique potestate Petro pollicentis: quas claves communicandas cæteris, post *Tertullianum* Petrum solum accepisse *Optatus Milevitanus* profiteri non dubitavit? An fanatica dicenda tot solemnia, totiesque repetita pontificum, conciliorumve decreta, quibus illi damnati sunt, qui negarent in beato Petro apostolorum principe successorem ejus Romanum pontificem constitutum a Deo caput Ecclesiæ visibile, ac vicarium Jesu Christi, ei regendæ Ecclesiæ plenam potestatem traditam, veramque ab omnibus, qui Christiano nomine censentur, obedientiam deberi, atque vim eam esse primatus, quem divino jure obtinet, ut cæteris episcopis non honoris tantum gradu, sed et supremæ potestatis amplitudine antecellat? Quo magis deploranda est præceps, ac cæca hominis temeritas, qui tot decretis damnatos errores in infesto libello instaurare studeat, qui dixerit, ac per multas ambages passim instaurare quemlibet episcopum vocatum a Deo ad gubernationem Eccle-

Absurditates  
memorantur,  
quæ in eo re-  
latæ sunt.

Una aliquid  
etiam  
etiam

non aliquid  
etiam

etiam  
etiam

sia non minus quam papam, nec minori præditum esse potestate: Christum eandem per sese apostolis omnibus potestatem dedisse: quidquid aliqui credant obtineri, et concedi solum a pontifice, posse idipsum, sive a consecratione, sive ab ecclesiastica jurisdictione pendeat, perinde obtineri a quolibet episcopo: voluisse Christum Ecclesiam reipublicæ more administrari: ei quidem regimini opus esse præside pro bono unitatis, verum qui non audeat se aliorum, qui simul regunt, negotiis implicare; privilegium tamen habeat negligentes cohortandi ad sua implenda munia: vim primatus hac una prærogativa contineri supplenda aliorum negligentia, prospiciendi conservationi unitatis hortationibus, et exemplo: pontifices nil posse in aliena diocesi præterquam extraordinario casu: pontificem caput esse, quod vim suam, ac firmitatem teneat ab Ecclesia: licitum sibi fecisse pontificis violandi iura episcoporum, reservandique sibi absolutiones, dispensationes, decisiones, appellationes, collationes beneficiorum, alia uno verbo munia omnia, quæ singulatim recenset, atque velut indebitas, ac episcopis injurias reservationes traducit.

§. 5. Atque ille quidem ad fidem suis hisce dictis non tam conciliandam quam quoquo modo surripiendam, nomina longa serie præterdit: sanctissimorum patrum, quorum decerptis hinc inde, maleque adductis sententiis insigni fraude abutitur, dum ea loca recenset, quæ faciunt ad commendationem episcopalis dignitatis, alia recitet, quibus illi singularem pontificiæ potestatis præstantiam extulerunt. Quis si adesset, impudentem hominis calumniam ea voce refellerent, qua Sedis apostolicæ principatum, suumque in eam obsequium non prædicarunt modo, sed et immortalibus scriptis ad omnem futuri temporis memoriam testatam reliquerunt: *Cyprianus* ipse, cujus hæc sunt verba: Deus unus est, et Christus unus, et una Ecclesia, et cathedra una super Petrum Domini vocata: qui Petri cathedram proficitur Ecclesiam principalem, unde unitas sacerdotalis exorta est, ad quam perfidia non possit habere accessum.

§. 6. *Chrysostomus* aperte declarans, non potuisse Petrum jure suo successoris in proditoris locum eligere. Quo jure lex primatu ducto Petrus ipse dicitur, primique Petri successores usi sunt, dum per omnem occidentem

ecclesias fundarunt, eisque vel ante omnem synodum episcopos præfecerunt, quibus gregis regendi portionem assignarunt, tum definitis regionibus unam Sedem designarunt, cujus antistes cæteris apostolica auctoritate præsideret. De qua ecclesiarum institutione *Innocentius I.* velut de re manifesta testimonium edidit luculentissimum, quo intelligere quisque valeat, pontificiam auctoritatem non ex constituta ante per synodos disciplina prodiisse, sed constitutæ per synodalia decreta disciplinæ præluxisse. Quem etiam pontificem, compertum est, Antiochenam ecclesiam, caput orientalis dioceseos decretis suis ordinavisse.

§. 7. *Epiphanius*, qui *Ursacium*, et *Valentem* penitentia ductos testatur *Julio Romano* pontifici libellos obtulisse, quibus errorem suum deprecarentur, atque ad communionem, et penitentiam admitterentur.

§. 8. *Hieronymus*, cui profanus erat quisquis non cathedræ Petri communiõne consociaretur, super quam petram sciret ædificatam Ecclesiam, atque adeo ab uno *Damaso* in gravissimis concertationibus, ut loquendi, ita et communicandi auctoritatem sibi dari efflagitabat.

§. 9. *Augustinus*, qui se in scripturis sanctis testatur didicisse, primatum apostolorum in Petro excellenti gratia præeminere: illum apostolatus principatum cuilibet episcopatu præferendum: Romanam Ecclesiam, Petri sedem, eam esse petram, quam non vincunt superba inferorum portæ. Quæ alia refellitur scriptoris calumnia, dum petræ nomine, super quam Christus ædificavit Ecclesiam suam, non personam, sed fidem, aut confessionem Petri vult potius esse intelligendam, quasi patres illi, qui pro mira fecunditate Scripturæ, petræ vocabulum eo quoque retulerunt, literalem illum sensum quo ad Petram ipsum directe refertur, deseruerint, ac non etiam aperitissime retinuerint. Sic et magister *Augustini Ambrosius*: » Ipse est Petrus, » cui dixit: Tu es Petrus, et super » hanc petram ædificabo Ecclesiam, » meam: Ubi ergo Petrus, ibi Ecclesia. » Hæc una vox patrum, hæc doctorum perpetuata traditio, quam ex majoribus collectam paucis hisce verbis complexus est, *Eugenium* alloquens *Bernardus*: » Tu es, cui claves traditæ, » cui oves creditæ sunt . . . habent » alii assignatos sibi greges, singuli » singulos: tibi universi crediti, uni

Refelluntur  
absurda colla-  
tis auctoritati-  
bus ss. patrum

Idem ut supra

Idem ut supra

Idem ut supra

Idem ut supra

Idem ut supra

Idem ut supra

« unus. Nec modo ovium, sed et pa-  
storum tu unus omnium pastor ». Hoc lacte doctrinæ nutriti sunt quotquot in Ecclesia Christi adoleverunt; hoc, si recordari volent, a pueritia imbuti, quotquot nunc omni vento doctrinæ circumferri se patiuntur. Semper ex evangelio proditum, pascebas oves Petro a Christo commendatas, non item Petrum ovibus pasendum.

Conciliorum  
definitiones  
memorantur.

§. 10. Nec vero a patrum traditione synodi œcumenicæ unquam recessere. *Chalcedonenses patres* Petro se audientes præbuere per os Leonis loquenti; nec a quovis antistite, sed ab Leone tanquam capite cum implorata confirmatione, actionum suarum firmitatem noverunt esse repetendam.

Idem ut supra

§. 11. *Octava generalis synodus actione prima* perlectum libellum probavit, seu formulam, qua post præclara multa de Romani pontificis auctoritate perscriptum erat, qui sequestrati essent a communione Ecclesie catholicæ, idest non consentientes Sedi apostolicæ, eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria. Quin præterea cum statuendum superesset de nonnullis dispensationibus, quas utilitas Ecclesie exposcere maxime videbatur, impartienda veniæ facultatem sumere sibi patres ausi non sunt: verum eam per patriarcham Ignatium implorandam duxere a Sede apostolica, quam proinde agnovere, non ipsos patriarchas, relaxandorum canonum potestate pollere.

Idem ut supra

§. 12. *Magna Lateranensis synodus quarta c. 5.* Romanam Ecclesiam tradit, disponente Domino, super omnes alias ordinariæ potestatis obtinere principatum, utpote universorum Christianifidelium matrem et magistram.

Idem ut supra

§. 13. In *Lugdunensi II.* edita est Græcorum fidei professio, qua se recognoscere testantur, Romanam Ecclesiam summam, et plenum primatum, et principatum super universam Ecclesiam catholicam obtinere, eumque ab ipso Domino in beato Petro apostolorum principe, sive vertice, cujus Romanis pontifex est successor; cum potestatis plenitudine recepisse. Quas superiores synodos subsequuta deinceps Florentina catholicum primatus dogma celebri decreto sancivit.

Idem ut supra

§. 14. Divino eodem spiritu afflatis Trideantini patres declararunt *Pontifex maximus pro suprema potestate sibi in Ecclesia universa tradita, causas aliquas criminum graviores potuisse peculiari iudicio reservare.* Quam adeo potesta-

tem per omnes ecclesias sese fundentem, atque ad alia ejusdemmodi munia, quæ libelli auctor explodere perperam nititur, ex æquo pertinentem, non aliunde adscitam, non ab inferioribus ad pontifices delatam, sed primatui ordinarie jure insitam, cuique fatendum est, qui cœlestem synodorum sapientiam, humanæ inscitie disputationibus non dubitet longe præponendam.

§. 15. Appellat Eybel *Constantiense concilium.* At meminisse ipsum oportuerat, damnatos in eo errores fuisse, cum Wicleffi agentis non esse de necessitate salutis credere Romanam Ecclesiam esse supremam inter alias ecclesias, nec papam esse proximum et immediatum Christi vicarium; tum Johannis Hus, Petrum non esse, nec fuisse caput Ecclesie sanctæ catholicæ. Quibus erroribus sanorum verborum formam opponens *Martinus V.* præscripsit interrogandos, qui de his suspecti essent, utrum credant, beatum Petrum fuisse vicarium Christi, habentem potestatem ligandi, ac solvendi super terram. Item papam canonicè electum successorem esse beati Petri habentem supremam auctoritatem in Ecclesia Dei. Item papam omnibus Christianis posse concedere indulgentias; singulos porro episcopos suis subditis secundum limitationem sacrarum canonum. Quo plane refutatur istius error, dum perperam disserens de indulgentiis scribere ausus est, quemlibet episcopum, pari modo atque papam, posse indulgentias concedere. Quæ patrum, synodorumve documenta, quisquis æquo, pacatoque animo paullo attentius introspexerit, sentiet profecto longe præstantiorem auctoritatem comprehendere, quam quæ aut meri directorii, ut vocant, finibus, aut hortandi, moneadi, supplendi munere continetur.

Exceptiones  
ab auctore pro  
posita refel-  
lantur.

nonnulli  
sunt qui  
distingunt  
inter  
indulgentias  
quas  
pontifex  
concedit  
et  
quas  
synodus

§. 16. Quin et ipsi Basileenses in synodali responso ad Tarentinum episcopum palam declarant fateri se, et credere, Romanum pontificem caput esse, et primatem Ecclesie, vicarium Christi, et a Christo, non ab hominibus, vel synodis aliis prælatum, et pastorem Christianorum, cui datæ sunt a Domino claves, et uni dictum *Tu es Petrus*, et solum in plenitudine potestatis vocatum esse, alios quin partem sollicitudinis. Quo magis impudere ipsam deberet impotentis audaciæ, quæ eam potestatis plenitudinem infirmè aggreditur, quam Basileenses inter dos

Sequitur ut  
supra.

si quis in  
mali

etrinæ capita referunt adeo nota et per-  
vulgata, ut nec opus foret ea percer-  
sere. Et sane quod supra dictum ab  
Augustino retulimus, in Romana Sede  
semper viguisse apostolicæ cathedræ  
principatum, huncque apostolatus prin-  
cipatum cuilibet episcopatu præfere-  
dam, cum aliis multis, tum et hac  
insigni nota cernitur, quod Petri suc-  
cessor, hoc ipso quod in Petri locum  
succedit, assignatum sibi habeat jure  
divino Christi gregem universum, ut  
simul cum episcopatu potestatem acci-  
piat universalis regiminis: cæteris porro  
episcopis suam cuique peculiarem gre-  
gis portionem non divino, sed eccle-  
siastico jure, non Christi ore, sed hier-  
archica ordinatione assignari opus sit,  
ut ordinariam regiminis potestatem ex-  
plicare in eam valeat. Cujus assigna-  
tionis summam auctoritatem quisquis  
Romano pontifici abjudicare volet, eum  
necesse est, in legitimam tot in orbe  
toto episcoporum successionem invade-  
re, qui ecclesias apostolica auctoritate  
de integro fundatas, aut ab aliis di-  
vulsas, aut invicem unitas regunt, ad  
easque regendas a Romano pontifice  
missionem acceperunt; ut proinde sine  
ingenti Ecclesiæ perturbatione, ipsiusque  
episcopalis regiminis discrimine ten-  
tari nequeat magnam hoc, et mirabi-  
le potentie consortium, divina digna-  
tionis Petri cathedræ tributum, ut que-  
madmodum a Leone Magno dictum  
est, omnes proprie regat Petrus, quos  
principaliter regit et Christus; et si  
quid Christus commune cum Petro cæ-  
teris voluit esse principibus, nunquam  
nisi per ipsum dedit quidquid aliis non  
negavit.

Idem ut supra

§. 17. Laudat Gallicanos præules,  
Gallicanos doctores: frustra omnino.  
Quos etenim ex his cogitat ille sibi  
suffragatores adsciscere? Vetustiores ne,  
an aut qui medio ævo, aut recentiore  
memoria, in ea inclita ecclesia pieta-  
tis, doctrinæ laude florere? At in-  
ter veteres illos, ut paucos ex multis  
proferamus, audire illum non pigeat  
Cæsarium Arelatensem, Avitum Vien-  
nensem, quorum ille supplici libello  
Symmachum papam alloquitur: « Si-  
cut a persona beati Petri episcopatus  
initium, ita necesse est, ut discipli-  
nis competentibus Sanctitas Vestra sin-  
gulis ecclesiis, quid observare de-  
beant, evidenter ostendat » Avitus  
vero ad Hormisdam » Quæ sumus  
ut quid filiis vestris, fratribus meis,  
id est Gallicanis, si consulant, respon-  
dere debeam, instruatis; quia jam

securus non dicam de Viennensis,  
sed de totius Galliæ devotione pol-  
liceam, omnes vestram super statu  
fidei captare sententiam » *Aurelia-  
nenses patres*, qui canonicam formam  
in metropolitanorum electione servan-  
dam ex apostolicæ Sedis decretis re-  
petunt.

§. 18. Audiat ex medio ævo *Hinc-  
marum Remensem*, qui, cum testatur,  
se erga Sedem apostolicam omnium  
ecclesiarum matrem, ac magistram,  
ejusque rectores fidelem semper, atque  
subjectum in omnibus extitisse, hoc  
ipso quod videri voluit, quid apostoli-  
cæ Sedi debeatur, ac deberi sentiat,  
manifeste declarat: tum et *Ivonem Car-  
notensem* graviter eorum audaciam  
coarguentem, qui contra Sedem apo-  
stolicam caput erigunt, *cujus judicis,  
et constitutionibus obviare, plane est  
hæreticæ pravitatis notam incurrere:*  
ad quam principaliter, et generalissime  
pertineat tam metropolitanorum, quam  
cæterorum episcoporum consecrationem  
confirmare, vel infirmare, constitutio-  
nes et judicia retractare, suas vero in-  
concussas detinere, et nullius inferioris  
judicio retractandas, vel corrigendas  
concedere. Quod idem *Gelasii* quoque  
auctoritate comprobatur.

Idem ut supra

§. 19. Quod si ab illa vetustate ad  
propiora tempora progredimur, latere  
illum non debere gravissimæ censu-  
ræ adversus famosum Spalatensem apo-  
statam ab insigni theologia facultate  
Parisiensi latæ, in quibus præformatam  
libelli sui damnationem perspicere fa-  
cile potuisset. Hi scilicet fuere Spala-  
tensis errores, quibus illa hæreticæ,  
ac schismaticæ pravitatis notam inur-  
endam non dubitavit: « Disparitatem  
potestatis inter apostolos esse huma-  
num inventum, in sacris evangelis,  
et divinis novi testamenti scripturis  
minime subsistens: » (quam hæ-  
reticam et schismaticam declarat de  
jurisdictione apostolica ordinaria, quæ  
in solo divo Petro subsistebat, intel-  
lectam). « In Ecclesia non dari unum  
caput supremum, et monarcham præ-  
ter Christum » Episcopos omnes si-  
mul, et in solidum eandem regere  
Ecclesiam singulos cum plena pote-  
state Romanam Ecclesiam præci-  
puam fuisse, et esse nobilitate, exi-  
stimatione, nomine, et dignitatis au-  
toritate, non regiminis, et jurisdic-  
tionis principatu » (quam dicit hæ-  
reticam et schismaticam, quatenus aper-  
te insinuat, Romanam Ecclesiam jure  
divino auctoritatem in alias ecclesias non

Prosequitur ut  
supra.

habere.) » Unumquemque episcopum  
 » jure divino esse universalem » Mo-  
 » narchiæ formam non fuisse immie-  
 » diate in Ecclesia a Christo institutam  
 » falsum esse, unionem Ecclesiæ ca-  
 » tholicæ in unitate rectoris visibilis  
 » consistere » cumque Spalatensis sub-  
 » junxisset, Parisiensem doctrinam, enu-  
 » cleate intellectam, nihil a sua discre-  
 » pare, impactam sibi calumniam con-  
 » tinuo illi refutarunt *velut meram con-  
 » tra facultatem Parisiensem imposturam.*

Mem ut supra

§. 20. Præclarum etiam, atque ut  
 allatæ Parisiensem doctorum sententiæ,  
 sic et constanti majorum suorum tra-  
 ditioni plane consentaneum de Roma-  
 ni pontificis primatu testimonium edi-  
 dere Gallicani præsules in comitiis an-  
 no 1681. » Caput est, inquit, Ec-  
 » clesiæ, centrum unitatis: obtinet ille  
 » in nos primatum auctoritatis, et ju-  
 » risdictionis sibi a Christo Jesu in  
 » persona sancti Petri collatum: qui ab  
 » hac veritate dissentiret, schismaticus,  
 » immo et hæreticus esset ».

Eidem ut supra

§. 21. Quis et libelli auctori non  
 prorsus ignota fuere, petita ex omni  
 antiquitalis memoria de Romano pri-  
 mato luculentissima documenta, quo  
 magis prodit sese pertinax illius adver-  
 sus Romanam Sedem contentio, qui  
 cum splendida illa patrum testimonia  
 obscurare, ac delere non posset, ea  
 veritus non sit per summam impuden-  
 tiam velut allegorias male intellectas  
 traducere, indeque factam ex parte  
 esse, ut longa sæculorum serie cre-  
 ditus sit papa is esse, qui non est;  
 quasi sanctissimi patres, quos Ecclesiæ  
 suæ Deus dedit pastores et doctores, in  
 re gravissimi momenti; quæ ad Eccle-  
 siæ constitutionem pertinet, communi  
 sensu aut erraverint ipsi, aut errandi  
 causam fidelibus objecerint, ac non  
 potius nefarii erroris convictus teneatur,  
 qui de Romano pontifice aliter cre-  
 dendum stateat, quam tot sæculorum  
 continuata successione creditum sit.

Ratio cur hæc  
omnia fuerint  
superius ani-  
maversa.

§. 22. Atque hæc quidem præde-  
 cesserum Nostrorum paribus in causis  
 exempla secuti paullo latius, ut mu-  
 neris Nostræ ratio postulat, exponenda  
 duximus, non Nostra, sed animarum  
 lucra quærentes, solliciti servare uni-  
 tatem in vinculo pacis; in id intenti,  
 ut, patefactis eorum fraudibus, qui  
 patrum nomine ad pervertendas pa-  
 trum sententiæ abutuntur, omnes in-  
 telligant, nil patribus ipsis antiquius  
 fuisse, quam ut unitas ab omnibus in  
 ea cathedra servaretur, quæ una est

cæterarum omnium a Christo constituta  
 mater et magistra.

§. 23. Unam certe civile Christi  
 Ecclesia est, cujus unus supremus pa-  
 stor, Christus ipse regnans in cælis;  
 unam quoque sui vicariam supremam  
 in terris visibilem pastorem reliquit;  
 in cujus voce, Christi vocem oves au-  
 dirent, ne seductæ alienorum vocibus  
 in venenata quæque, ac mortifera pa-  
 scua dilaberentur. Quo igitur cautius  
 fideles curæ Nostræ concediti profana,  
 et vaniloquia devitent, quæ proficiunt  
 ad impietatem, constantesque maneant  
 huic unitatis cathedræ devincti, in qua  
 Petrus adhuc velut in propria Sedē vi-  
 vit, et præsidet, ac præstat quæren-  
 tibus fidei veritatem, neve in hanc  
 fraudem induci se patiantur, ut putent  
 ambitione extortum, aut ignorantia,  
 vel adulatione delatum, aut pravis ar-  
 tibus quæsitum, quod Christi est or-  
 dinatione constitutum. Nos memora-  
 tum opusculum a Germanico idiomate  
 in latinum translatum, complurium in  
 sacra theologia magistrorum examini  
 subjici mandavimus, quorum habitis  
 consultationibus, auditisque suffragiis  
 venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ  
 Romanæ Ecclesiæ cardinalium in tota  
 republica Christiana adversus hæreti-  
 cam pravitatem generalium inquisito-  
 rum coram Nobis adstantium, motu  
 proprio, et ex certa scientia, deque  
 apostolicæ potestatis plenitudine, ante-  
 dictum libellum, cujus titulus latine:  
 » Quid est papa? » cum dispensatio-  
 ne Cæsareæ regalis censurarum com-  
 missionis ob appositionem nominis  
 Viennæ apud Josephum Edlen de Kurz-  
 heck 1782. Græce vero Τὸ τί ἐστὶν ἡ papά  
 tamquam continentem propositiones re-  
 spective falsas, scandalosas, temerarias,  
 injurias, ad schisma inducentes,  
 schismaticas, erroneas, inducentes in  
 hæresim, hæreticas, et alias ab Eccle-  
 sia damnatas reprobamus, damnamus,  
 ac pro reprobato, ac damnato in per-  
 petuum haberi volumus, atque decer-  
 nimus.

Tenor damna-  
tionis libri.

§. 24. Præcipimus insuper, ne  
 quisquam ex Christifidelibus cuiuscum-  
 que gradus, et dignitatis, quamvis spe-  
 cialissima nota dignis, libellum præ-  
 dictum jam typis editum, sive manu  
 conscriptum, vel in suo originali, vel  
 in quacumque alia versione legere, re-  
 tinere, vel denuo imprimere, seu im-  
 printi facere audeat, aut præsumat sub  
 pœna suspensionis a divinis quantum  
 ad personas ecclesiasticas, quantum ve-

Pœna contra  
legentes, et re-  
tinentes li-  
brum damna-  
tum.



ro ad personas sæculares sub pœna excommunicationis majoris ipso facto absque alia declaratione incurrendis, quarum absolutionem, et respective relaxationem Nobis, et successoribus Nostriis Romanis pontificibus reservamus, excepto dumtaxat, quoad excommunicationem prædictam, articulo mortis, quo nimirum quilibet confessarius ab hujusmodi censura, ut præfertur, incurta absolvere poterit.

Præceptum de tradendis exemplaribus ordinarii locorum.

§. 25. Mandamus quoque bibliopoli, ac typographis, cæterisque omnibus, et singulis cujuscumque gradus, conditionis, et dignitatis, personis ecclesiasticis, et sæcularibus, etiamsi speciali, et individua mentione indigeant, ut quatenus prædictus libellus vel in suo originario, in quocumque idioma impressus, vel etiam manuscriptus, ad eorum manus devenerit, statim deferre illum teneantur ordinariis locorum sub eisdem suspensionis a divinis comminatis pœnis, ac respective excommunicationis.

Fides habenda transumptis

§. 26. Ut autem eædem præsentis literæ ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam prætexere possit, volumus et mandamus, illas ad valvas basilicæ Principis Apostolorum, et cancellariæ apostolicæ, nec non curiæ generalis in Monte Citatorio, et in acie campi Floræ de urbe per aliquem ex cursoribus Nostriis, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibi affixa relinqui. Sic vero publicatas perinde afficere omnes et singulos, quos concernunt, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, et intimatæ fuissent. Ipsarum autem literarum præsentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eandem fidem tam in iudicio, quam extra illud ubique locorum haberi, quæ iisdem præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, et ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die 28. novembris millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno duodecimo.

DCXXXIX.

Dat. Romæ  
12. decembris  
1786  
anno XII.

Ampliatio seminarii Eugubini cum applicatione bonorum a diversis piis locis eductorum; reintegratio conservatorii puellarum erecti a Joanne Baptista Cristini, et reformatio parœciarum ejusdem civitatis, et diœcesis.

Venerabili fratri  
Octavio episcopo Eugubino

Pius PP. VI.

Venerabilis frater  
Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. **U**t primum administrationem hujus tuæ ecclesiæ Eugubinæ, quam ibi duobus nondum ab hinc annis commisimus, nactus eo, ad promovendum Dei cultum, et ecclesiasticam disciplinam fovendam, ac ad animarum Christifidelium salutem curandam a Deo constitutum esse, plane intellexisti; quapropter omnia nedum studia, vigiliæque tuas Dei adjuvante gratia ad hoc usque adhuc impendisti, sed etiam pastoralementem visitationem per tuam diœcesim illico suscipere non omisisti; ast, cum res ejusdem tuæ diœcesis pessimo loco esse deprehensus sis; hoc ipsum Nobis et scriptis, et coram significare studuisti; Nobisque etiam interim alii supplices libelli dati sunt, e quibus conjicere facile erat plura in tua diœcesi adesse incomoda. Itaque Nos pro ea paterna charitate, quæ ex apostolici Nostri ministerii officio omnes omnino Christifideles præsertim vero eos, qui etiam Nobis, et apostolicæ Sedi in temporalibus subditi sunt, jugiter complectimur, tuo gregi consulere volentes, exquisito a te prius earum statu, deque illo pariter ab aliis certiores facti, plura intelleximus esse, quibus omnino aliquo modo erat occurrendum. Siquidem in primis compertum apud Nos fuit, quod licet alias temporibus scilicet rec. Innocentii pp. X. prædecessoris Nostri, et dum ecclesiam Eugubinam regebat be. me. Alexander Sperelli curatum fuerit, ut ad augendum divinum cultum in ista tua cathedrali ecclesia præter canonicos, aliqui essent etiam beneficiati, quos vocant mansionarii, qui choro inservirent; nihilominus omne consilium in irritum cessit, unus quippe dumtaxat

Causæ pontificem impellentes.

in dicta cathedrali nunc existit beneficiatus, seu mansionarius nuncupatus.

Comperit seminario Eugubinum neque commodas aedes, neque satis amplum censum ditatum esse.

§. 2. Insuper seminario neque aedem habet commodam, neque tali censu est ditatum, ut in ea congruens diocesis alumnorum numerus sustentari possit; conservatorium quoque puellarum Refugii nuncupatum ex aedibus, et opibus esse plane destitutum; multae vero existunt parociae, praesertim in diocesi inter quas nonnullae sunt, ut asseritur, de jure patronatus aliquorum ordinum regularium, quarum parochitum ob summas rerum necessariorum angustias, quibus premuntur tum etiam ob illarum incommodam positionem, quo minus suo gregi spiritaliter, aut temporaliter adesse possint praepediuntur.

Mature res perpeosa.

§. 3. Quae omnia cum per Nos ipsos fuerint mature, ac sedulo perpensa, adhibito etiam aliquorum, qui in rebus ipsius diocesis versati sunt, opere; nonnulla disponere statuimus, quae utilitatem, ac bonum spirituale, et temporale tuorum subditorum latere arbitramur: sperantes fore, ut novum hoc paterae Nostrae sollicitudinis testimonium, tuam vigilantiam, tuique gregis fidem, ac erga Romanam Sedem illius dominam, et matrem studium magis magisque intendant. Nos igitur in primis cum sicut accepimus bo. me. Fabius Mancinforte, qui aliquandiu hanc rexerat ecclesiam in pervigilio sui obitus, die scilicet xxvi februarii MDCCXXXIX. legaverit scutamille, et quingenta monetae Romanae ecclesiae cathedrali in ejus ornatum per congregationem Sperellam nuncupatam eroganda, quae summa postmodum ob multiplicam in transactione conventum ad dirimendam litem de ac super legati hujusmodi dispositione inter capitulum cathedralis ex una, et congregationem Sperellam praedictam ex altera parte exortam auctoritate congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium episcoporum, et regularium negociis praepositorum, aliorumque consilio stipulata ad summam usque scutorum trium millium, et quadringentorum, et ultra aucta est; hinc considerantes Nos aequae ad Dei cultum, ecclesiae praedictae splendorem spectare, quatenus ex dicta summa cum suo multiplico tot beneficia mansionariae nuncupata erigantur.

Pontifex prorexit ex certa scientia, motu proprio, et ex

§. 4. Fraternitati tuae, de cuius prudentia, fide, integritate, ac in rebus gerendis dexteritate plurimum in Do-

mino confidimus, motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine per praesentes committimus, et mandamus hujusmodi, ejusque multiplico tot beneficia mansionariae nuncupata cum onere servitii choralis juxta capitulares hujusmodi ecclesiae constitutiones, et consuetudines, quot assignata cuilibet in illarum dote summa, quae non minoris sit redditus scutorum quadraginta, nec excedat scutata quinquaginta monetae Romanae erigi poterunt, auctoritate Nostra apostolica erigas, et instituas; et quoniam intentio Nostra, ut quinque (si redditus cumulari poterunt) nova beneficia mansionariae nuncupata instituantur, quo insimul cum jam existente senarius constituatur beneficiatorum mansionariorum nuncupatorum numerus; si vero legatum Mancinforte ad hoc fuerit impar, tibi injungimus, ut in hunc finem uedum duo officia cantoratus in eadem ecclesia nunc existentia, sed etiam cappellaniae cujuscumque qualitatis sint in eadem cathedrali erectas, praesertim quae sunt de jure patronatus capituli, applices, et unias; ita tamen, ut tantum ex missarum onere detrahas, quantum cappellaniae ex servitio chori gravaminis additum esse juxta datam tibi a Domino prudentiam arbitraberis; ac servato favore capituli, seu aliorum patronorum, ex quorum cappellaniae nova haec beneficia erigentur, habita ratione ad quantitatem reddituum, ex quibus haec beneficia coalescent, jure nominandi, et praesentandi, aut alternis vicibus, aut aliter juxta fundorum adjunctionem; ea vero quae ex legato Mancinforte constituentur, ad te, ac pro tempore existentes episcopos Eugubinos jure ordinarii, ac firmis remanentibus reservationibus apostolicis, ac cancellariae Nostrae regulis, spectare volumus, ac declaramus. Ex omnibus porro redditibus sex beneficiorum, seu mansionariorum nuncupatorum hujusmodi una constituetur massa communis, cujus administratio ab iisdem beneficiatis, seu mansionariis, seu alteri illorum detur, sub episcopi tamen Eugubini pro tempore existentis directione, et subreipublicae intersit juventutem a teneris annis, et antequam vitiorum habitus homines possideant, ad pietatem, et religionem, et literarum scientiam, bonasque artes in seminariis, aliisque collegiis, aut in orphanotrophiis instituere tot a praedecessoribus Nostris Romanis

apostolicae potestatis plenitudine.

pontificibus, ubicumque erecta semina-  
ria, collegia, ac orphanotrophia ap-  
prime demonstrant. Itaque cum tui se-  
minarii episcopalis, ac conservatorii  
puellarum orphanarum, et miserabi-  
lium istius civitatis Eugubinae aedes, et  
census sint prorsus impares ad reci-  
piendum, et sustentandum congruum  
alumnorum, et respective puellarum  
numerum.

§. 5. Nos quoad seminarium spec-  
tat tibi per praesentes committimus,  
ut in primis, num tuo seminario con-  
ferat magis novas, ac commodiores  
aedes in alia civitatis regione coemere,  
an potius praesentem, quam occupat,  
domum in ampliorem formam laxare,  
sedulo, ac mature, factisque etiam ne-  
cessariis calculis perpendas, ut dein  
quod utilius erit, efficias.

§. 6. Praeterea cum in monasterio  
sanctae Mariae Novae sanctimonialium  
Mantellatarum nuncupatarum in loco  
della Fratta turae Eugubinae diocesis  
erecto vix septem moniales nunc exi-  
stant, ac prope adest, cum tenuis nu-  
merus huiusmodi decreset, unde nec  
modo difficillime, multo minus in po-  
sterum regularis disciplina in eo cu-  
stodiri potest; hinc tibi pariter man-  
damus, ut vetita, et interdicta in fu-  
turum in dicto monasterio quacumque  
novitiarum, aut choralium, aut so-  
rorum, seu conversae receptione, ad-  
missione, et professione, factaque de  
apostolica Nostra auctoritate sanctimo-  
nialibus inibi nunc existentibus facul-  
tate ad alia monasteria civitatis, seu  
diocesis Eugubinae sibi benevisa tran-  
seundi, requisito tamen prius, et ob-  
tento sanctimonialium monasterii ad  
quod erunt traducendae, consensu, bona  
mobilia, et immobilia, redditus, ac pro-  
ventus quoscumque, iura, et actiones  
ad dictum monasterium quomodolibet  
spectantia, et pertinentia tuo episco-  
pali seminario, supportatis tamen ab  
eo omnibus, et singulis missarum,  
aliorumque legatorum piorum oneri-  
bus, si quaerunt, dicto monasterio ad-  
nexa, auctoritate Nostra apostolica ap-  
plices, linias, et incorpores, prout ea-  
dem auctoritate, et tenore praesentis  
applicamus, unimus, et incorporamus;  
ita ut deputatis praesidibus se-  
minarii praesentis illius nomine liceat  
ex nunc honorum, reddituum, et pro-  
ventuum veram, et realem possessionem  
apprehendere, suspensa tamen  
interim eorundem fructuum, ac red-  
dituum integra perceptione; sed a de-  
putato per te oeconomum bona huius-

modi administrantur, eorumque red-  
ditus in mantentionem ecclesiae dicti  
monasterii, ac sustentationem sancti-  
monialium inibi degentium erogandi  
erunt, donec communitas huiusmodi in-  
quinque moniales chorales non com-  
prehensis sororibus, quas vocant con-  
versae, consistet, tunc quippe a te, aut  
ab episcopo Eugubino, pro tempore  
existente translatis sanctimonialibus,  
quae tunc erant superstites, ad alia mo-  
nasteria ejusdem ordinis si fieri pote-  
rit, congruis unicuique illarum assi-  
gnatis alimentis a dicto seminario per-  
solvendis, plenam, et liberam apprehen-  
det eorundem bonorum, et reddituum  
possessionem, et administrationem.

§. 7. Volumus insuper, ut praevia  
amotione canonicorum regularium con-  
gregationis Lateranensis sancti Augu-  
stini ab ecclesia, et adnexa domo cano-  
nici, seu monasterio sancti Ubaldi,  
quam nunc possident, et in qua non-  
nisi duo canonici regulares inhabitant,  
bona stabilia ad illos spectantia eidem  
seminario auctoritate praesentis unias,  
et incorpores, ac unita, et incorporata  
esse declares, cum onere eidem se-  
minario subministrandi cuique ex ca-  
nonicis amovendis annua scuta sexa-  
ginta, vita eorum naturali durante; nec  
non restaurandi, et resarciendi eccle-  
siam, et domum parochialem pene di-  
rutam sancti Martini in Colle, quae  
alias ad dictum monasterium sancti  
Ubaldi pertinebat, ac illius parochia  
assignandi pro sua congrua annua scuta  
quingenta ab eodem seminario per-  
solvenda. Volentes quoque, ut jus no-  
minandi, et praesentandi parochos hu-  
jusmodi, quod alias dicti canonici ob-  
tinebant, deletum, cassatum, et ademp-  
tum esse censeatur; sed imposterum  
ecclesia parochialis huiusmodi ab epi-  
scopo Eugubino pro tempore existente  
ad formam Tridentinae synodus, et sa-  
mem: Pii pp. V. praedecessoris Nostri  
constitutionum conferatur.

§. 8. Ecclesiam vero, et domum,  
seu monasterium huiusmodi cum omni-  
bus inibi existentibus mobilibus, suis-  
que adjunctis, accitis clericis regulari-  
bus discalceatis Passionis Domini Nostri  
Jesu Christi, etiam non requisito alio-  
rum regularium consensu, non obsta-  
te fel. rec. Gregorii pp. XV. praede-  
cessoris Nostri decreto sub die xvii  
augusti MDCXXII. emanato, aliisque  
apostolicis constitutionibus, ipsis haec  
omnia eadem auctoritate attribues, et  
concedes; quibus etiam, ut elemo-  
synas ex questuationibus colligendas,

Ampliatio se-  
minarii episco-  
palis.

Interdictum  
monialibus s.  
Mariae Novae  
terrae Fratta  
ne imposte-  
rum admittant  
ad habitum vo-  
vitas, neque  
chorales, et  
applicatio ho-  
norum ven. se-  
minario Eugu-  
bino.

Amotio cano-  
nicorum regula-  
rium congrega-  
tionis Latera-  
nensis s. Augu-  
stini ab eccle-  
sia, et do-  
mo canonicali  
s. Ubaldi, et  
applicatio ho-  
norum supra-  
dicto ven. se-  
minario.

Subrogatio  
Clericorum  
Regularium  
discalceato-  
rum passionis  
D. N. J. Chri-  
sti in ecclesia  
et canonica s.  
Ubaldi.

ac fidelium oblationes, quæ in dicta ecclesia sancti Ubaldi imposterum percipientur pro illorum subventionem auctoritate, et tenore præsentis concedimus. Cum tandem, sicut accepimus, in terra, seu pago de Coccorano Eugubinae diocesis erectum existat xenodochium, cui cum sint tenes redditus, et impares ad stipendio conducendum medicum, et chirurgum, ac necessaria remedia suppeditanda infirmis, nullius est utilitatis incolis dicti pagi.

Suppressio hospitalis Coccorani, et applicatio honorum illius seminario Eugubini.

§. 9. Hinc bona omnia, redditus, proventus, ac jura omnia ad xenodochium hujusmodi spectantia, et pertinentia prævia illius suppressione, ac extinctione, seminario tuo episcopali unimus, attribuimus, et adnectimus: prout unitum, attributum, et adnexum esse statuimus, et declaramus; reservantes tamen favore hærendum boni mei: Julii Bigazzini, de cujus bonis magna ex parte xenodochium hujusmodi fuerat dotatum, jure nominandi duos juvenes requisitis a Tridentina synodo præscriptis pollentes, in seminarium, nulla soluta pensione, recipiendos, ac eisdem pariter hæredibus servato jure nominandi ad dotem, quæ quolibet anno dari solet uni ex puellis dicti pagi di Coccorano; volentes insuper ut sumptibus seminarii pauperes infirmi dicti pagi ad xenodochium magnum, seu *spedale grande* civitatis Eugubinae transeheantur.

Pensio sc. 150 annuatim persolvenda super seminario a canonicis regularibus congregationis sanctissimi Salvatoris monasterii s. Secundi Eugubini non obstantibus privilegiis concessis isetiam oneroso titulo.

§. 10. Præterea præcipimus, et mandamus, ut a monasterio sancti Augustini congregationis sanctissimi Salvatoris solvatur seminario annua pensio scutorum centum quinquaginta, augenda ad majorem summam quoties in eodem monasterio non alatur continuo sex de familia regulari, non obstantibus privilegiis etiam titulo oneroso undecim congregationibus monasticis alias per summos pontifices prædecessores Nostros censis.

Electio, et nominatio magistrorum grammaticæ, rethoricæ, ac professoris philosophiæ pertinet ad consilium nuncupatum di Credenza una cum episcopo Eugubino.

§. 11. Tandem arbitrio tuo, tuorumque pro tempore successorum plenam, et amplam facultatem concedimus, et impertimur augendi annuam pensionem ab alumnis dicti seminarii persolvendam usque ad summam scutorum triginta ultra moeete Romanæ. Ut vero tum alumni in seminario recipiendi, tum cæteri qui scholas publicas adeunt idoneis utantur magistris cum ex jure quo petitur consilium generale eligendi, et nominandi magistros grammaticæ, rethoricæ, et

professorem philosophiæ plura proveniant incomoda pro recta studiorum hujusmodi disciplina, hinc ut quodcumque jus hujusmodi, motu, scientia, auctoritate, et tenore præfatis revocatum, cassatum, ademptum, abrogatum, irritum, ac annullatum, viribusque, et effectu penitus, et omnino vacuum sit declaramus, et statuimus, ac propterea integrum, et plenum inscriptum, consilio nuncupato di Credenza ejusdem civitatis concedimus, et tribuimus, ut ipsum una cum episcopo Eugubino pro tempore existenti magistros, et professorem prædictos eligat, et nominet, prout illud ad consilium prædictum generale prius pertinebat.

§. 12. Cæterum licet per præsentem revocare non intendimus jus, quo congregatio Sperella potitur, eligendi magistros legendi, et scribendi, ac professorem institutionum juris civilis, et canonici. Cassamus tamen, et annullamus, ademimus, et abrogamus quancumque consuetudinem, ac jus, quo eadem congregatio Sperella utitur, vel etiam dictum consilium Credentia, eo uti prætendi posset, confirmandi scilicet quolibet anno per suffragia secreta magistros, aut professores ab eis respective electos; sed decernimus, et tenore præsentium mandamus, ut nisi dum justæ causæ ab episcopo Eugubino pro tempore existente prius examinandæ, et approbandæ ad id adducantur, scrutinium hujusmodi fieri possit.

Magistri, seu professores a congregatione Sperella electi non removeantur ab eorum officio per secreta suffragia nisi prius causa cognita ab episcopo pro tempore Eugubino.

§. 13. Volumus præterea, cum stipendium assignatum cathedræ juris civilis, et canonici sit in annis scutis viginti, ut illud a congregatione Sperella præfata, ad quam spectat, ut præfertur, jus nominandi professorem, et a qua dicta scuta viginti ex suis redditibus persolvuntur, ad annua scuta centum quinquaginta de tui consilio augetur.

Assignatur pro cathedræ juris civilis, et canonici annua stipendium sc. 150, ex redditu præfate congr. Sperellia.

§. 14. Declarantes episcopum Eugubinum pro tempore existentem, ad vexilliferum justitiæ ejusdem civitatis semper esse solos, et natos scholarum omnium præsides, reservato tamen quocumque privato jure episcopi quoad seminarium, et quoad uniuscujusque morum correctionem.

Declaratur episcopos Eugubino pro tempore, ac vexilliferum justitiæ dictæ civitatis semper se solos, ac natos scholarum omnium præsides.

§. 15. Quoad vero conservatorium sancti Josephi Refugii nuncupatum orphanarum, cujus ædes pariter, ut præfertur nimis angustæ, et arcæ sunt, tibi per præsentem jubemus, ut

Applicatio conservatorio Pio inferioris portionis monasterii sanctæ Clære.

eidem conservatorio inferiorem portionem monasterii sanctimonialium sanctæ Claræ fere contigui cum de eodem monasterio alias disponendum esse, ut infra, censuerimus, et nunc portionem huiusmodi eidem conservatorio unias, et incorpores, prout unitam, et incorporatam esse auctoritate, et tenore prædictis statuimus, atque præcipimus. Nova porro opera, ac artes in conservatorio inducendæ erunt texendi telas, et lanas, eas præsertim, quas vocant = *Saje*, et *scottini* = dividens per civitatem, et diocesim Eugubinam cannabim, ac linum in fila ducere, lanamque trahere; ea propter eidem conservatorio baphia, et fullonia cum omnibus suis adjunctis jam ad universitatem sagariorum quasi penitus collapsam spectantia, auctoritate, et tenore præfatis unimus, et incorporamus; immo ut a magno hospitali Eugubino, dicto conservatorio ædificium vulgo = *i Tiratori* = ubi lanea opera explicantur, absque ulla compensationis, aut utilitatis spe nunc concedendum sit edicimus, atque mandamus.

Suppressio  
nonnullarum  
confraternita-  
tum.

§. 15. Ut autem congruo censu conservatorium huiusmodi instruatur, cum plures in Nostra civitate Eugubina confraternitates laicales, quam spiritualis Christifidelium utilitas postulet, quarum aliquæ etiam inordinatæ sunt, tibi per præsentem injungimus, ut sex confraternitates laicales, quarum altera est nuncupata *de Bianchi*, altera sub invocatione sancti Bernardini *de Torchini* nuncupata sub titulo, et invocatione sanctæ Mariæ, tertia Confalonis quam vocant *della Piaggiola*, quarta sub invocatione sancti Francisci de Paula, quinta dicta de Conceptione sancti Francisci fratrum minorum Conventualium nuncupatorum erecta, ultima tandem Corporis Christi *de Rossi* nuncupat., quæ cum confratribus caret, et jamdiu sub curatione est; auctoritate Nostrâ apostolica suppressas, ac extinguas, easque suppressas, et extinctas esse declares, prout, auctoritate præfata tenore præsentium suppressimus, et extinguimus. Bona autem mobilia, et immobilia, jura, et actiones quomodolibet spectantia, et pertinentia conservatorio præfato, supportatis tamen ab eodem conservatorio, vel ab ejus administratoribus omnibus missarum aliorumque piorum legatorum oneribus, quibus bona, ac jura præfata gravantur, eadem auctoritate unias, incorpores, ac adnectes.

§. 16. Cum porro memoratæ sic suppressæ confraternitates, ac quælibet illarum præter illam, quæ de Conceptione dicitur suas habeant ecclesias, tibi committimus, ut ecclesia sub invocatione, et titulo sanctæ Mariæ Confalonis *della Piaggiola* nuncupatæ ad tollendas quascumque jurisdictiones, controversias anteactis temporibus inter episcopos Eugubinos ex una, et abbatem, et monachos ordinis sancti Benedicti congregationis Olivetanæ monasterii sancti Petri ex altera parte exortas eidem abbati, et monachis libere omnino dicta auctoritate concedas; ecclesia sub invocatione, et titulo sanctæ Mariæ *de Bianchi* nuncupat. confraternitati laicali *de Sacconi* nuncupat., quæ suam non habet ecclesiam, dones ecclesiam sub invocatione, et titulo sanctæ Mariæ de Prato, una cum suis adjunctis ædificiis, ac horto, quæ alias ad confraternitatem sub invocatione sancti Francisci de Paula pertinebat clericis regularibus congregationis sanctissimi Redemptoris nuncupat.; ita ut simul atque ædes præfatas sibi aptaverint, ut eas inhabitare commode possint, statim præsentem illorum domum ad ecclesiam novissimis terræmotibus valde læsam tuo seminario episcopali cedant, attribues: ecclesiam tandem sancti Bernardini cum suis adjunctis, ubi non sit cui detur, tuo seminario cum facultate etiam illam servatis servandis profanandi, ac ad profanos usus convertendi, ac missarum, aliorumque onera, aut ad ecclesiam dicti conservatorii, ubi opportunus tibi videbitur transferas, applices, incorpores. Ast cum bona, ac redditus harum sic suppressarum confraternitatum haud sint magni valoris, ideoque satis non sint ad sufficienter ditandum conservatorium huiusmodi, alie viæ a nobis prosequendæ sunt, quibus consilium nostrum assequamur.

Concessio ec-  
clesiæ favore  
confraternita-  
tis de Sacconi  
nuncupatæ.

§. 17. Novem, sicut accepimus sunt monasteria sanctimonialium in ista Nostra civitate Eugubina jamdiu erecta, quæ in civitate quatuor millia circiter incolæ dumtaxat inhabitant, immodica esse videntur. Itaque tria monasteria sanctimonialium, videlicet monasterium sancti Antonii ordinis sanctæ Claræ, et monasteria sanctæ Claræ, et sancti Martialis ordinis sancti Benedicti suppressere, et extinguere decrevimus. Quocirca eidem fraternitati tuæ per præsentem mandamus, ut vetita, et interdicta in futurum in præfatis monasteriis quacumque novitiarum, aut choralium, aut conversarum rece-

Suppressio  
nonnullorum  
monasteriorum  
sanctimonialium.

ptione, et admissione, et facta de apostolica Nostra auctoritate sanctimonialibus nunc inibi degentibus facultate ad alia ejusdem civitatis monasteria sibi benevisis, requisito tamen prius sanctimonialium secundo dicti monasterii consensu transeundi, bona mobilia, et immobilia, redditus, ac proventus quocumque nomine nuncupatos, jura, et actiones ad eadem dicta tria monasteria quomolibet spectantia, et pertinentia conservatorio prædicto eadem auctoritate perpetuo concedas, unias, et incorpores, prout in perpetuum concedimus, unimus, et incorporamus; ita ut administratores dicti conservatorii illius nomine liceat ex nunc honorum, reddituum, ac proventuum hujusmodi veram, et realem possessionem apprehendere.

Applicatio honorum spectantium suppressis monasteriis.

§. 18. Volumus tamen, ac edicimus, ut deputato per te œconomus, bona dictorum trium monasteriorum administraretur, eorumque redditus in mantentionem ecclesiarum dictorum monasteriorum, ac sustentationem sanctimonialium inibi degentium erogentur, ita tamen ut supportatis oneribus ecclesiasticis dictorum monasteriorum annexis, ac congruenter sustentatis dictis monialibus, quod reliquum erit in utilitatem cedat dicti conservatorii usquedum una, aut altera ex dictis communitatibus religiosis ad numerum quinque dumtaxat monialium choralium non comprehensis sororibus, quas vocant conversæ, erit redacta, tunc tibi cui pro tempore episcopo Eugubino existenti superstites moniales ad alia monasteria ejusdem ordinis, si fieri possit unicuique assignatis alimentis, transferendi, plenam, et amplam facultatem facimus, et impertimur. Declarantes, ut dum per vices translationis hujusmodi perficientur, conservatorium prædictum, translatis prius ad suam ecclesiam omnibus missarum, et legatorum piorum, cæterisque oneribus, quibus monasterium ex dictis tribus, cujus unio et incorporatio completur, erat gravatum, bonis, redditibus, ac proventibus monasterii hujusmodi integre potiri debeat. Quoniam vero monasterium Pœnitentium, seu *delle Convertite* istius civitatis Eugubine in maligno, et insalubri loco situm est, hinc jubemus, ut simul ac aliquod ex dictis monasteriis derelictum fuerit, ab inibi nunc existentibus monialibus, illico ad illud moniales pœnitentes hujusmodi transferantur; harum

vero monasterium in reclusorium profœmiais disculis, et effrenibus erigendum; quæ quidem loca pia a confraternitate sub invocatione sanctissimæ Trinitatis = *della Misericordia* = nuncupata erunt sustentanda juxta arbitrium, et prudentiam episcopi Eugubini pro tempore; ita ut ex elemosynis, quas confraternitas hujusmodi erogare solet primus congrua assignamenta ab episcopo taxanda erunt locis piis hujusmodi persolvenda, secus in eos erit animadvertendum pœnis a te etiam auctoritate Nostra infligendis. Ad hoc autem ut puellis in dicto conservatorio pro tempore existentibus in sæculo nubere volentibus aliquo modo consulatur; Nos prævia cassatione, abrogatione, ac annullatione quorumcumque jurium, quibus capitulum collegiæ ecclesiæ sanctæ Christinæ, quo in præsentiarum ob dispositionem bo. mem. Joannis Baptistæ Cristini die xxvi maii MDCXXXVIII. exaratum, et confraternitates laicales civitatis, et diœcesis Eugubine, si quæ tamen sunt respective utuntur, nominadi, et dotandi puellas ejusdem civitatis, et diœcesis, prout illud tenore præsentium cassamus, abrogamus, tollimus, et annullamus, ut imposterum omnes dotes hujusmodi in utilitatem, et comodum ejusdem conservatorii cedant, cum onere tamen eidem conservatorio solvendi cuilibet e puellis, quæ in sæculum nubere intendant subsidium dotale, seu dotem in summa scutorum quadraginta monetæ Romanæ statuimus: tibi que propterea omnes necessarias, et opportunas facultates hæc exequendi, et exequi mandandi auctoritate, et tenore præfatis concedimus, et imperitumur.

§. 19. Immo cum memoratus Joannes Baptistæ Cristini præter collegiæ præfate institutionem in dicto suo testamento voluerit etiam ex bonis suis erigi puellarum conservatorium, prout revera auctoritate fel. rec. Urbani pp. VIII. prædecessoris Nostri, fuit alias erectum, licet subinde ob tenues illius redditus fuerit ab Alexandro pp. VII. itidem prædecessore Nostro suppressum, et extinctum, propterea omnes redditus, ac proventus, qui ex bonis hereditatis Cristini a dicto capitulo administratis ad præsens superextant, et imposterum superextabunt, eidem conservatorio applicamus, et attribuimus, reservato tamen jure favore prioris, et canonicorum dictæ collegiæ jure no-

Reintegratio conservatorii puellarum erecti a Joanne Baptistæ Cristini.

minandi octo puellas ad dicti testatoris voluntatem in conservatorio hujusmodi recipiendas.

Providentia  
capite pro pa-  
roeciis civita-  
tis Eugubinae.

§. 20. Superest nunc, ut de parœciis tum civitatis, tum diœcesis Eugubinae, quæ Christifidelium utilitate, et divini cultus augmento statuere decrevimus, disponamus: equidem primum quoad parœcias civitatis, quæ septem sunt, quarum altera est sanctæ Mariæ Novæ, quæ alias a fel. rec. Eugenio pp. IV. prædecessore Nostro ecclesiæ, et conventui fratrum eremitarum ordinis sancti Augustini per suas in simili forma Brevis anno MCCCXL. expeditas literas fuit unita; verum cum sui redditus sint valde exigui, ac plures hisce desuper fuerint controversiæ, idcirco tibi injungimus, ut parœciam hujusmodi sanctæ Mariæ Novæ auctoritate Nostra apostolica supprimas, et extinguas; eandem suppressam, et extinctam esse statuas, atque declares; populum vero eidem parœciæ subiectum inter tres proximiores, et circumstantes parœcias pro tua prudentia, et arbitrio divides, eisquæ assignes; adeo ut imposterum sex remanebunt parœciæ, quæ satis superque erunt ad spirituale præsidium populi civitatis.

Similes pro  
parœciis diœ-  
cesis.

§. 21. Quoad parœcias autem in diœcesi, quarum aliqua, nempe sancti Martini della Serra, et Valdechiascio, sancti Ægidii de Colpalombo, sancti Angeli de Giomisci, sanctæ Margaritæ de Buotano, sancti Andreæ de Calcinaro, sanctæ Mariæ de Burano, sancti Michaelis Archangeli de Sioli, sancti Joannis Baptistæ de Goregge, sanctæ Mariæ de Carestello sine concursu, et ad nominationem, et præsentationem quoad primas quinque canonicorum regularium sanctissimi Salvatoris, quoad alias tres monachorum ordinis sancti Benedicti congregationis Olivetanæ, et quoad dictam sanctæ Mariæ de Carestello monachorum ordinis Cisterciensis provideri respective solent, Nos pro salubriori animarum regimine sancimus, et mandamus, ut quoties imposterum quoquomodo vacare contigerit aliqua ex dictis parœciis a pro tempore episcopo indicetur concursus ad formam concilii Tridentini, ac ex approbatis transmittentur nomina trium ad respectivos abbates, vel ad eos, qui eorum vices gerent, ut eum eligant, qui magis dignus eorum judicio existimabitur, ut deinde ab episcopo canonice instituat. Si vero nec tres, nec duo, sed unus tantum vel ad concursum sese obtulerit, vel approbatio-

nem promeruerit, tunc episcopi nominatio, et canonicorum regularium, ac monachorum electio fiet de personâ illius, qui unice idoneus fuerit in concursu reputatus. Volumus insuper, ut tres congregationes præfatæ canonicorum nempe regularium sanctissimi Salvatoris, sancti Benedicti congregationis Olivetanæ, et Cisterciensis dictis respective parochis, et illorum singulis annua scuta quinquaginta monetæ Romanæ, comprehensis tamen redditibus, quos nunc possident, in unam, aut plures solutionem, seu solutiones persolvere teneantur, nulla habita ratione emolumentorum stolæ, quæ parochis exercentibus superacrescent, et pro hujusmodi effectu mandamus, ut pro solutione congruæ parochialis hujusmodi bona omnia ad dictos tres ordines spectantia, semper, et in perpetuum obligata esse debeant, et censeantur.

§. 22. Quoad parœcias vero, quæ sunt de jurepatronatus, vel de libera ordinarii collatione, tibi harum serie injungimus, ut modis omnibus illarum congruam usque ad annua pariter scuta quinquaginta monetæ Romanæ non comprehensis incertis, aut plures insimul quiendo si comode fieri possit, aut cappellanas, vel ad eosdem patronos, si de ecclesiis de jurepatronatus agatur, spectantes, vel liberas, si parœciæ sint liberæ collationis, translatio missarum, aliorumque piorum legatorum oneribus, prævia etiam quantum opus sit illorum reductione, et unione ad parochiales ecclesias, quarum redditus sic ampliantur, augerentur, et studeas. Cum porro cura animarum collegiatæ ecclesiæ sancti Joannis Baptistæ terræ Cantiani longe porrigatur in montes, qui Appenninos continent, neque raro hyemalibus præsertim temporibus montani illi necessariis spiritualibus subsidiis destituantur.

Parœciæ de jurepatronatu vel de libera ordinarii collatione congruam recipiunt in annuis scutis quinquaginta.

§. 25. Volumus idcirco, tibi que committimus, ut in vicis de Falcano, et de Villano nuncupatis, qui intra limites dictæ parœciæ sancti Joannis Baptistæ de Cantiano existunt, prævia illius portionis dictæ parœciæ, quæ ad duas infra erigendas parœcias, tibi videbitur necessaria separatione, dismembratione, segregatione, et divisione duas novas parœcias juxta formam a Tridentino concilio, et constitutione sancti Pii pp. V. præscriptam conferendas, cum omnibus, et singulis juribus, immunitatibus, privilegiis, gratiis, et

Erectio novarum parœciarum.

indultis, quibus cæteræ parochiales ecclesie utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, potiri, et frui poterunt quomodolibet in futurum auctoritate præfata erigas, et institutas; assignatis pro dote illarum parochis, et cuilibet illorum scutis annuis quinquaginta monete Romanæ, non computatis incertis a monachis congregationis sancti Benedicti de Monte Oliveto monasterii sancti Petri Eugubii eis persolvendis, qui in vicinis Cantiani quamdam Graciam sancti Michaelis Arcangeli de Chiaserma nuncupat. possident; præterea volumus, ut ex nunc summam præfatam in restorationem ecclesiarum, et domorum, nec non comparandam sacram necessariam suppellectilem erogandam persolvant, dilata parochorum nominatione, et electione, ut supra; usquequo ecclesie, et domus parochiales erectæ, et institute fuerint.

Providentiæ capitæ pro parocchia s. Erasmi in terra della Fratta.

§. 24. Insuper cum parochialis ecclesia sancti Erasmi in terra della Fratta, quæ ad tuam mensam episcopalem pertinet sit prorsus indecens; parochialitates huiusmodi una cum fonte Baptismali, aliisque suis juribus, privilegiis, gratiis, oneribus, et indultis, ad ecclesiam confraternitatis sanctæ Crucis ejusdem terræ, aucta etiam paracho sua congrua usque ad scuta quinquaginta, ut supra per eandem tuam mensam episcopalem persolvenda, quam cito auctoritate Nostra præfata transferendi, eique aliam domum assignandi, ac præsentem ecclesiam sancti Erasmi servatis servandis profanandi plenam, et amplam facultatem auctoritate, et tenore præfatis tribuimus, et impertimur. Præterea cum aliquæ sint aliæ ecclesie, et domus parochiales in hac tua diocesi penitus ruinosæ, quæ prompte omnino reparandæ, ac restaurandæ sunt.

Consultur restorationi omnium ecclesiarum.

§. 25. Tibi committimus, ut illos, ad quos spectare dignoscitur ad ecclesias huiusmodi intra certum congruum tempus pro tuo arbitrio, et juxta varias rerum condiciones præfigendum, reparandas omnimode auctoritate Nostra apostolica adigas, atque compellas, quo elapso termino si parere detrectent, volumus, ut ex officio, ac etiam tamquam delegatus apostolicus, et quavis appellatione remota, adversus refractarios, et inobedientes ita procedas, ut citius quam fieri possit, et ecclesie decori, et parochianorum utilitati consultum sit.

Aliæ providentiæ pro loci

§. 26. Inter cæteras terras, et oppida intra limites tuæ diocesis situm

est oppidum civitas nuncupat. Pergulæ, in quo jamdiu ecclesia collegiata sancti Andreæ apostoli erecta existit, cujus capitulum in tribus dignitatibus, ac decem canonicis consistit, quorum plurimi ex illorum fundatione adnexum non habent onus sacerdotalis characteris, quod non raro in divini cultus detrimentum vertit. Hinc decernimus, ut in dicta ecclesia collegiata saltem octo imposterum semper sint actu in sacro presbyteratus ordine constituti, eaque propter earumdem dignitatum, seu canonicatum patronis, nisi eas nominare, et præsentare posse, qui in sacro presbyteratus ordine, aut in eo sint initiati, aut infra annum ad illum comode promoveri possint, secus illorum nominatio, et præsentatio nulla sit, viribusque, et effectu penitus vacua, auctoritate, et tenore præfatis edicimus, et mandamus. Immo tibi mandamus, ut ex nunc canonicatus huiusmodi, ac dignitates, quibus ditior est præbenda designes, quibus imposterum ordo presbyteratus erit annexus, eisque respective onus huiusmodi imponas. Dum porro pastoralem visitationem, quam alias suscepisti, prosequens, inter cætera loca pia tuæ ordinariæ jurisdictioni subjecta visitabis etiam congregationem, quam vocant Sperellam, si quæ sunt quarum nomina debitorum inesacta, ac impedita jaceant, et plura quidem esse accepimus, tibi committimus, ut auctoritate delegati apostolici debitores huiusmodi omnibus modis ad dissolvenda sua debita compellas, et cogas, cæteraque omnia disponas, quæ pro majori ejusdem congregationis utilitate, ac divini cultus augmento expedire in Domino arbitraberis.

§. 27. Reliquum tandem est, ut ad tuam quoque mensam episcopalem paternæ Nostræ providentiæ intuitum convertamus, cujus redditus ad conspicuas ædificiorum reparationes satis non esse accepimus. In primis igitur reliquam summam spoliis bonæ mem. Pauli Orefici immediati prædecessoris tui, quæ camera Nostræ apostolicæ debebatur, et a te esset persolvenda, tibi liberaliter condonamus. Indeque prævia suppressione, et extinctione conventus, seu monasterii monialium sanctæ Margaritæ oppidi civitatis nuncupatæ Pergulæ ordinis sancti Augustini, ac translatis omnibus monialibus, in eo degentibus ad aliud monasterium, seu conventum sancti Jacobi ejusdem instituti, et oppidi, assignataque huic secundo con-

piis civitatis Pergulæ.

Beneficia collata favore mensæ episcopalis.



ventui, seu monasterio ea annua pensione pro exhibitione dictarum monialium, quæ post accuratum reddituum calculum congrua videbitur, bona mobilia, et immobilia, jura, et actiones quomodolibet ad illud spectantia, et pertinentia eidem mensæ episcopali, motu, scientia, auctoritate, et tenore præfatis unimus, et incorporamus, ac ex tunc unita, et incorporata esse statuimus, et declaramus; missarum tamen, aliorumque piorum legatorum onera, quibus dictum monasterium, seu conventus in præsentem gravatur, ut episcopus Eugubinus pro tempore existens ea omnino adimpleri curet, et studeat volumus, atque edicimus. Nos enim tibi omnem, et quamcumque necessariam, et opportunam ad præmissa omnia, et circa ea, quæ ad optatum finem ea perducenda pertineant faciendi, gerendi, et exequendi, ac exequi mandandi ea omnia, quæ pro locorum, rerumque circumstantiis componere, ac constituere pro tua prudentia magis in Domino salubriter expedire conspexeris facultatem auctoritate apostolica tenore præsentium tribuimus, et impertimur.

§. 28. Decernentes easdem præsentem literas etiam ex eo, quod præfata communitates regulares, confraternitates, xenodochium, officiales, cæterique quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consentirent, nec ad eas vocati, et auditi, neque causæ propter quas præsentem emanant adductæ, verificatæ, justificatæ nullatenus fuerint, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut alio quovis defectu etiam quantumvis magno, inexcogitato, et substantiali, sive etiam ex eo quod in eisdem præmissis solemnitates, ac quævis alia servata, et adimpleta non fuerint, vel quocumque alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante etiam in corpore juris clausa, sive etiam enormis, enormissimæ, et totalis lesionis, et quovis alio prætextu, occasione, vel causa etiam quantumvis iusta, rationabili, et privilegiata, etiam talis, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel in controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis ori-

aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concessio, aut impetrato quemque in iudicio, vel extra illud uti, aut se iuvare posse, sed ipsas præsentem literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, et per omnia in futurum inviolabiliter observari.

§. 29. Sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, quorumcumque piorum benefactorum, seu testatorum testamentis, dispositionibus, codicillis, ac ultimis voluntatibus, quas quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, de jure quæsito non tollendo, ac de exprimendo vero valore in suppressionibus, unionibus, seu applicationibus illis committendis ad partes, vocatis quorum interest, et aliis Nostræ, et cancellariæ apostolicæ regulis, nec non Lateranensis concilii uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non confraternitatum, monasteriorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, exprimerentur, et insererentur

Clausula sublata et prægnantissimum decretum irritans.

Clausula salutares.

præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die duodecima decembris millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno duodecimo.

Dat. Romæ  
12. decembris  
1786  
anno XII.

DCXXX.

Imminutio festorum in diœcesi Compostellana.

Venerabili fratri Sebastiano archiepiscopo Compostellano.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater  
Salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Cum sicut quædam sunt, ut inquit sanctus Leo magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in iis, quæ vel dubia fuerint, aut obscura id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum; capropter apostolica hæc sancta Sedes pro paterna erga universos Christifideles benignitate, quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariorum inopiam, non sine conscientie angore contemnuntur.

§. 2. Quoniam sicut pro parte dilectorum filiorum capituli, et canonicorum tuæ metropolitanae ecclesie Compostellanae Nobis nuper expositum fuit, quod in nonnullis parœciis, ac locis ejusdem capituli, et canonicorum jurisdictioni, ut asseritur subjectis, et

intra limites tuæ diœcesis existeatibus calamitates adeo excreverunt, propter præsentium temporum infortunia, ut miseri illarum habitatores, incolæque, ac præsertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, persæpissime cogantur (quamvis animo invito) dies festos negligere, operibusque mechanicis se se addicere pro pane lucrando, et id eo facilius contingit ob excrementum dierum festorum numerum; ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos itaque, qui Christifidelibus quantum cum Domino possumus, salutare remedium potius ad æternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste sustinendam adhibere, quam per severiorem ecclesiasticæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis; omnibus utriusque sexus Christifidelibus in parœciis, et locis prædictis existentibus, ut deinceps exceptis omnibus diebus dominicis, nec non Natalis Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschatis Resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti, ac corporis Christi, et Ascensionis, sancti Joannis Baptistæ, ac sanctorum Petri, et Pauli, et Jacobi apostolorum, ac Commemorationis omnium sanctorum; præterea quinque dicatis beatæ Mariæ virginis immaculatæ, scilicet Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non sancti patroci, aut tutelaris cujuslibet loci pro hominibus ejusdem loci dumtaxat festivis diebus, in quibus integra maneat præcepti obligatio; in reliquis vero festis sive per hanc sanctam Sedem præceptis, sive per synodales istius civitatis, seu diœcesis Compostellanae, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem

Tenor concessionis, cum suis reservationibus.

Ratio concessionis.

quoque auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, præceptis, præscriptisque, audita missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus sine ullo prorsus conscientie scrupulo vacare possint, auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, permittas, ac statutas, præcipias, et mandes.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non diæcesis, illorumque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die duodecima decembris millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno decimo secundo.



DCXXXI.

Dat. Romæ  
15. decembris  
1786.  
anno XII.

Supprimitur monasterium de Wysoka canonicorum regularium ordinis sancti Augustini in parte Borussiae Gnesnensis diæcesis, et applicantur ejus bona seminario ecclesiastico in ea parte erigendo.

Venerabili fratri Michaeli archiepiscopo Gnesnensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater

Salutem, et apostolicam benedictionem

§. 1. **F**raternitatis tuæ studium, ac pro recta Christifidelium tuæ curæ commissorum in via Domini directione pastoralis sollicitudo, et Domino Nostro Jesu Christo cara, et omni laude digna est. Siquidem, sicut nuper a te accepimus cum in ea tuæ diæcesis parte, quæ sub imperio est regis Borussiae, plures numerentur parrocæ, quas ab eis maxime gerere oportet, qui illibatum, et incorruptum fidei depositum custodientes, ac nemini ullam dantes offensionem veluti ministros Dei in omnibus se exhibeant, hinc ad id quantopere mentem, et cogitationem convertisti; quapropter cum ad tuum desiderium hujusmodi nil conducibilius, nilque aptius esse videatur, quam ecclesiasticum seminarium illic erigere, in quo adolescentes subditi regis Borussiae in sortem Domini vocati, quibus per sæculares leges, ne ad externa seminaria convenient, vetitum est, ad pietatem, et sacrarum doctrinarum studia efformentur, bonisque moribus imbuantur; id autem neque commodius, neque opportunius assequi liceat, quam si prævia monasterii de Wysoka canonicorum regularium congregationis Lateranensis ordinis sancti Augustini in ea tuæ diæcesis parte existentis suppressione, in quo nedum ab ipsa sui fundatione anno MDCCXXXIX. facta, cum a superioribus dicti ordinis independens esset, ipsius fundationis leges fuerunt contemptæ, ac regularis disciplina plane nihil custodita, verum etiam cum observantia hujusmodi neglectus eo pervenerit, ut vix quatuor canonici in dicto monasterio degant, quorum alter ob ingravescentem, alter juvenilem ætatem ecclesiastica ministeria obire impares sint, ac novissimis quoque

Expositio precum in qua causa memorantur ad gratiam concedendam moventes, et idoneæ.

temporibus ipsi non paucas præbuerint offensionis causas, bona, jura, et actiones ad illud quomodolibet spectantia, et pertinentia ad seminarii hujusmodi erectionem, et institutionem applicentur, et uniantur, prout applicari, et uniri summopere desideras. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut tibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Mandatum concessum pro suppressione monasterii, et concessione reddituum favore seminarii.

§. 2. Nos igitur probe noscentes quantum utilitatis ex seminariis institutione diocesis provenerit, ac Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum vestigiis inhærentes, teque specialibus gratiis, et favoribus sequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fraternitati tuæ, de cujus prudentia, et integritate plurimum in Domino confidimus per præsentem committimus, et mandamus, ut monasterium prædictum de Wysoka canonicorum regularium congregationis Lateranensis ordinis sancti Augustini auctoritate Nostra apostolica supprimas, ac extinguas, ac suppressum, et extinctum esse constituas, atque declares; bona vero mobilia, et immobilia, jura, et actiones ad monasterium hujusmodi quomodolibet spectantia, et pertinentia, assignata cuilibet ex canonicis regularibus inibi nunc degentibus annua vitalitia pensione tuo arbitrio præfigenda, nec non constituta juxta synodales constitutiones certa, ac fixa annua congrua parochi, qui curam animarum in ecclesia dicti monasterii exercent, ex bonis dicti sic suppressi monasterii respective persolvendis, ac salvis missarum, aliorumque legatorum piorum oneribus, erigendo dicto seminario, in quo tot alumni erunt recipiendi, quot anni illius redditus respondebunt, dicta auctoritate addicas, unias, et incorpores.

Alia providentia favore seminarii.

§. 3. Volumus præterea, ut si redditus hujusmodi satis non sint ad sufficientem alumnorum numerum sustentandum ad formam Tridentinæ synodus beneficia sæcularia, ac simplicia dumtaxat, non autem curam animarum annexam habentia eadem auctoritate unias, et incorpores. Nos tibi ne-

cessariam, et opportunam ad præmissa omnia, et circa ea, quæ ad optatum finem illa perducenda pertinent, faciendi, gerendi, dicendi, et exequi mandandi, ea omnia, quæ componere, ac constituere pro tua prudentia magis in Domino salubriter expedire conspexeris facultatem, auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et imperitur.

§. 4. Decerentes has præsentis literas etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint; nec vocati, et auditi, neque causæ propter quas præsentem emanarunt, adductæ, verificatæ, aut justificatæ ullatenus fuerint; ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut alio quovis defectu etiam quantumvis magno, inexcogitato, et substantiali, sive etiam ex eo, quod in eisdem præmissis solemnitates, ac quævis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, vel ex quocumque alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, etiam in corpore juris clauso, sive etiam enormis, enormissimæ, et totalis læsionis, et quovis prætextu, occasione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabilis, et privilegiata etiam talis, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, aut aliud quodcumque juris, et facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu quomodolibet concessio, aut impetrato, quemquam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse; sed ipsas præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiti debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio con-  
trariorum.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, de jure quæsitio non tollendo, ac de exprimendo vero valore in suppressionibus, unionibus, seu applicationibus, illisque comittendis ad partes, vocatis quorum interest, ac aliis Nostræ, et cancellariæ apostolicæ regulis, nec non Lateranensis concilii uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dicti monasterii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anno piscatoris die decima quinta decembris millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno duodecimo.



DCXXXII.

Dat. Romæ  
23. decembris  
1786.  
Anno XII.

Dismembratio monasterii s. Martini de Bozzi Parmensis diœcesis a provincia Bononiensi, ejusque incorporatio provinciæ Romanæ.

Pius pp. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Sacrosanctum apostolatus ministerium humilitati Nostræ nullo licet meritorum Nostrorum suffragio divinitus commissum postulat, ut inter multiplices apostolicæ servitutis curas illam peculiari studio suscipiamus, per quam Christifideles suavis religionis jugo Altissimi obsequiis insistentes felicioribus in dies proficiant incrementis. Proemium.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectissimus in Christo filius Noster Ferdinandus regius Hispaniarum infans, quod cum ad bonum, ac utilitatem monasteriorum sancti Martini de Bozzi Parmensis diœcesis, de Quartazola nuncupati, et Chiaravalle Columbæ Placentinæ diœcesis provinciæ Bononiensis monachorum ordinis Cisterciensis, ac etiam ad illorum regularem disciplinam magis magisque fovendam, conservandamque, quam maxime spectaret, si prævia illorum dismembratione, ac separatione a provinciæ Lombardiæ, cui usque adhuc unita, et incorporata fuere, ea provinciæ Romanæ unirentur, et incorporarentur, prout illa diœcesis provinciæ uniri, et incorporari summopere desiderat: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignemur. Expositio præ-  
eui.

§. 3. Nos igitur piis memorati Ferdinandi infantis votis, quantum cum Domino possumus annuere, ac dictorum monasteriorum monachos specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolvendas, et absolutas fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati dicta tria monasteria ordinis Cisterciensis, monasterium s. Martini de Bozzi prope mœnia Parmensia, Tenor conces-  
sionis.

ac monasteria de Quartazola nuncupata, et Chiaravalle Columbæ Placentinæ diœcesis provinciæ Bononiensis, prævia illorum dismembratione, ac segregatione a provinciæ Lombardiæ, cui ad hæc usque tempora addicta erant, cum omnibus suis bonis, domibus, juribus, et actionibus quibuscumque provinciæ Romanæ ordinis prædicti auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo unimus, conjungimus, adnectimus, et incorporamus, ac perpetuo unita, conjuncta, adnexa, et incorporata esse, et fore dicimus, et mandamus, ita ut deinceps cum aliis ejusdem provinciæ Romanæ monasteriis una dumtaxat provincia Romana constituatur, absque nationum distinctione, et omnes monachi dictorum trium monasteriorum tamquam professi in dicta provincia censeantur, servata promiscue cum aliis ejusdem provinciæ monachis cujuslibet antianitate, et dignitate, atque legibus et superioribus ejusdem provinciæ, qui disciplinæ, et dictorum monasteriorum œconomix, nec non monachorum collocationi, guberniorum, et officiorum distributioni consulent, parere omnino debeant, auctoritate pariter, et tenore præsentis decernimus, et declaramus.

§. 4. Quocircâ dilecto filio Nostro Andreæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diacono cardinali Negroni nuncupato, de cujus prudentiâ, fide, et religionis zelo plurimum in Domino confidimus, per præsentem committimus, et mandamus, ut dicta tria monasteria provinciæ Romanæ unita, adnexa, et incorporata esse declaret, ceteraque superius disposita exequi studeat; Nos enim illi quamcumque necessariam, et opportunam ad præmissa omnia, et circa ea, quæ ad dictam unionem pertinent faciendi, gerendi, dicendi, et exequendi, seu exequi mandandi ea omnia, quæ pro præsentium executione constituere, declarare, ac decernere in Domino salubriter expedire conspexerit, plenam, et amplam facultatem auctoritate, et tenore præsentis tribuimus, et imperimus.

§. 5. Decernentes has præsentis litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quâncumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et

definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non provinciæ, et monasteriorum prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgiis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plenarie, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima sexta septembris millesimo septingentesimo, octuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno duodecimo.

Derogatio contrarium.

DCXXXIII.

Dat. Romæ  
19. Januarii  
1787  
anno XII.

Ut in ecclesia monialium monasterii Cappuccinarum civitatis Limanæ in Indiis missa votiva de sanctissimo Sacramento cantari possit conceditur.

Pius pp. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Alias emanavit a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum decretum tenoris sequentis videlicet.

Memoratur decretum alias editum a s. congregatione Rituum.

L I M A N A

§. 2. Precibus monialium ordinis sancti Francisci Cappuccinarum civitatis Limanæ in regno Peruano per me infrascriptum secretarium relatis, sanctissimus dominus noster Pius VI. pontifex maximus benigne annuendo indulgit, ut primis diebus septenarii præcedentis festum sancti Joseph sponsi beatissimæ Virginis, quod in ecclesia dictarum monialium celebrari consuevit cum expositione sanctissimi Sacra-

Tenor decreti.

Deputatio executoris apostolici.

Clausula sublata, et decretum irritans.

menti in forma quadraginta horarum, missa expositionis, et repositionis, et diei intermediae cantari possit votiva de eodem sanctissimo sacramento pro re gravi cum commemoratione festi occurrentis, licet festum occurrens sit dominica quadragesimæ, vel aliter privilegiatum, contrariis quibuscumque non obstantibus.

L. card. Archinto præfectus.

Julius M. de Somalia S. R. C. secretarius.

Loco ✠ Signi

§. 3. Cum autem sicut dilectæ in Christo filiæ abbatissa, seu priorissa, et moniales monasterii prædicti Nobis nuper exponi fecerunt, ipsæ decretum hujusmodi quo firmiter subsistat, et servetur exactius, apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communitur summopere desiderant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 4. Nos igitur dictas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censeantes, supplicationibus hujusmodi inclinati: decretum præinsertum auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adicimus, omnesque et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus.

§. 5. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque monialibus in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiti debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non prædictorum monasterii, ejusque ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privile-

giis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima nona januarii millesimo septingentesimo octuagesimo septimo, pontificatus Nostræ anno decimo secundo.

DCXXXIV.

Reductio numeri familiarum consiliariorum civitatis Cæsenatensis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. Cum singularem fidei constantiam, et eximie devotionis affectum, quo dilecti filii communitas, et cives patriæ civitatis Nostræ Cæsenatensis erga Nos, et hanc sanctam Sedem gessisse semper, et adhuc gerere comprobantur, pensamus, dignum arbitramur in mutæ benevolentiæ Nostræ testimonium illis concedere, quæ ad illorum decus, et commodum quomodolibet spectare dignoscuntur, ut ob hæc nova collata beneficia suam fidem, et studium erga Romanam Ecclesiam illorum matrem, et domoam in dies impensius intendant, ac cæteri ad similia promerenda inducantur.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii magistratus, et deputati consilii generalis ejusdem civitatis, patriæque Nostræ Cæsenatensis, quod cum numerus octoginta familiarum nobilium, quæ in consilio locum habent nimis videatur, ex eo præsertim, quod per paucæ sint civium familiarum, quæ in consulares allegi, ac

Dat. Romæ  
6. Februarii  
1787  
anno XII.

Laudes civitatis  
Cæsenatensis.

Expositio precum et ratio  
concessions.

Preces porrectæ pro confirmatione decreti.

Tenor confirmationis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Derogatio contrariarum.

in demortuarum consularium familiarum locum suffici possint, ne paulatim eximia cætus hujusmodi dignitas deficiat. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignareretur.

Familie reducuntur ad numerum sexaginta.

§. 3. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, numerum familiarum consularium hujusmodi ad sexaginta tantum auctoritate apostolica, tenore præsentium coartamus, ac deficientibus in dies consularibus familiis, non alias familias, nisi cum eadem familiæ consulares in dictum præscriptum numerum erunt deductæ, suffici posse auctoritate, et tenore prædictis statuimus, et mandamus.

Exclusio eorum qui disparia contrahunt matrimonia.

§. 4. Ut porro avita consularium familiarum hujusmodi nobilitas, ac generis splendor in patria, ac civitate Nostra Cæsenatensi magis magisque vigeat, atque ad omnia consecutura tempora pura, nitidaque maneat, cum aliquos, ut suis cupiditatibus, ac desideriis obsequantur, disparia matrimonia contrahere, seque vilibus affinitatibus jungere non pudeat, hinc ut hi ipso facto veluti si tacite locum consilii, aliaque publica munera, quibus funguntur, sponte abdicassent, a loco consilii, et a publicis maneribus decendant, ac nec ipsi, nec illorum etiam filii, vel in demortuorum parentum, vel in aliarum consularium familiarum locum suffici, minusque ad ea publica munera redintegrari possint auctoritate, et tenore prædictis statuimus, et declaramus.

Clausula subdola, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes has præsentis litteras semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore suasque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri

debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permauris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die sexta februarii millesimo septingentesimo octuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno duodecimo.

Derogatio contrariorum.

DCXXXV.

Dat. Romæ  
7. februarii  
1787  
anno XII.

Indultum utendi privilegiis, ac indulgentiis, quibus alias fruebantur, dum sub obedientia fratrum ordinis sancti Francisci existebant, pro confratribus confraternitatis sancti Francisci de Ovar Portugallensis diœcesis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Quoties a Nobis petitur, quod religioni, et honestati conveniens dignoscitur, animo Nos decet libenter concedere, et petentium desideriis congruum suffragium impertiri.

Proemium.

§. 2. Siquidem dilecti filii officiales, et confratres, quos vocant tertiariorum ordinis sancti Francisci villæ de Ovar Portugallensis diœcesis exponi Nobis nuper fecerunt, quod cum ipsi alias sub obedientia, ac regimine fra-

Expositio precum.



trum minorum ordinis sancti Francisci viverent, nonnullis privilegiis, ac indulgentiis, et peccatorum remissionibus utebantur, fruebantur, et gaudebant; verum licet postmodum ab obedientia, et regimine fratrum fuerint exempti, ac jurisdictioni, et gubernio episcopi Portugallensis pro tempore existentis subjecti, nihilominus iisdem privilegiis spiritualibus, ac indulgentiis uti, frui, ac gaudere posse summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis...

§. 3. Nos igitur eorumdem exponentium votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore ceasentes supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, confraternitati prædictæ, seu ejus officialibus, et confratribus nunc, et pro tempore existentibus, ut iisdem privilegiis, gratiis, indultis, indulgentiis, ac peccatorum remissionibus, quibus retro, et dum fratribus ordinis prædicti erant uniti, et aggregati, utebantur, fruebantur, et gaudebant, deinceps pari modo, et absque ulla differentia, uti, frui, et gaudere libere, ac licite possint, et valeant, de speciali dono gratiæ auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausula syllata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Bull. Rom. Tom. VII.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis prædicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die nona februarii millesimo septingentesimo octogesimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo secundo.

Derogatio constitutionum.

DCXXXVI.

Dat. Romæ  
9. februarii  
1787.  
Anno XII.

Ut religiosi Carmelitæ excalceati provincie Mexicane, utriusque sexus tam in officio, et missa festivitatis sancti Josephi, quam in alia Desponsationis beatæ Mariæ virginis recipere eorum commemorationem facere valeant.

Pius pp. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti filii moderni procuratoris generalis fratrum ordinis beatæ Mariæ de Monte Carmelo Excalceatorum nuncupatorum in nova Hispania Nobis expositum fuit, quod ad magis magisque augendam erga beatam virginem Mariam, et sanctum Josephum sponsum, præcipuos dicti ordinis patronos devotionem, præsertim in Mexicana ejusdem ordinis provincia, summopere conducere, ut ab omnibus utriusque sexus religiosis provincie hujusmodi tam in officio, et missa festivitatis sancti Josephi, quam in alia Desponsationis beatæ Mariæ vir-

Ratio concessionis.

Q q q q

ginis fieret reciproca eorum commemoratio, quoties officium de iis recitari contingeret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Concessionis  
tenor.

§. 2. Nos igitur dictum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: attenta relatione dilecti filii magistri Dominici Coppola congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum secretarii: ut in posteram ab omnibus utriusque sexus religiosi ordinis beatæ Mariæ virginis de Monte Carmelo exalceatorum nuncupatorum provinciæ Mexicanæ, tam in officio, et missa festivitatis sancti Josephi, quam in alia Desponsationis beatæ Mariæ virginis fiat reciproca eorum commemoratio, quoties de iis officium recitari contingat, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausula sub-  
lata, et decre-  
tum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, dictisque religiosi provinciæ Mexicanæ prædictæ in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio can-  
traciarum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et provinciæ prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singu-

lis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die nona februarii millesimo septingentesimo octuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno duodecimo.

DCXXXVII.

Dat. Romæ  
13. februarii  
1787,  
anno XII.

Derogatio capitularis ordinationis a capitulo provinciali monachorum ordinis sancti Basilii Magni provinciæ Castellæ factæ.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Nec facilitati, nec incostantiz adscribendum est, si quandoque pro rerum necessitate, diverso licet modo aliqua disponantur; ea est enim infirmitatis humanæ misera conditio, ut raro contingat, tam scite, tamque prudenter, quæ agenda sunt definire, quin cito ex rerum usu immutanda; aut penitus etiam sint revocanda.

§. 2. Quamobrem cum dilecti filii monachi ordinis sancti Basilii Magni provinciæ Castellæ in capitulo provinciali anno MDCCCLXXXVI. habito coacti Nobis nuper exponi feceriat, quod alias in capitulo provinciali eorundem ordinis, et provinciæ in mense maii anno MDCLXXX. habito de unanimi existentis abbatis generalis, commissarii, et visitoris apostolici, aliorumque vocalium consensu inter cætera nedum magistro novitiorum pro tempore existenti monasterii Matritensis jus suffragii in capitulis provincialibus dictæ provinciæ concessum fuit, sed etiam constitutum, ut officium hujusmodi deinceps iis monachis dumtaxat concederetur, qui per solidum triennium munere abbatis laudabiliter functi essent, quæ quidem capitularis ordinationis subinde per organum congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium episcoporum, et regularium

Expositio præ-  
cum a mona-  
chis porrecta-  
rum.

negociis præpositorum sub die xxvii augusti MDCLXXXIII. fuit auctoritate apostolica confirmata, et ad hæc usque tempora inviolabiliter observata; cum tamen in eadem provincia plurimis de causis ex difficillimis hisce temporibus emergentibus deficient monachi, qui ab subeundum tam difficile munus idonei sint, eaque propter dicta capitularis ordinatio, qua numerus etiam monachorum ad id munus deputandorum magis magisque coartatur, potius quam utilis, ac proficua, immo exitiosa, ac noxia videatur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor annullationis, et abrogationis.

§. 3. Nos igitur memoratos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, memoratam capitularem ordinationem dicti capituli provincialis anni MDCLXXX. in ea tantum parte, qua, ut monachus officio magistri novitiorum præficiendus per solidum triennium munere abbatis functus sit, requiritur, auctoritate apostolica tenore præsentium annullamus, cassamus, abrogamus, et abolemus, viribusque, et effectu vacuamus; sicque deinceps a capitulo provinciali prædicto illi monachi erunt in magistros novitiorum dicti monasterii Matritensis eligendi, quos ad grave munus hujusmodi subeundum idoneos reputaverit, etiamsi nunquam in abbates fuerunt electi, aut triennium non expleverint.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et effi-

caces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque iudices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesie cardines etiam de latere legatos, ac sanctæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, iudicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate vel potestate fungente scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non capitulari ordinatione prædicta etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub anulo piscatoris die decimatertia februarii millesimo septingentesimo octuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno decimo secundo.

Derogatio contrariorum.